


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



L.L.

Roman
675
T394

L. Rom. A. 13 c. 32

= L.L. X157c

INSTITVTIONVM

GRAECA PARAPHRASIS

THEOPHILO ANTECESSORI

VVLGO TRIBVTA

AD FIDEM LIBRORVM MANV SCRIPTORVM

RECENSVIT

PROLEGOMENIS NOTIS CRITICIS VERSIONE LATINA

INSTRVXIT

E. C. FERRINI

ANTECESSOR TICINENSIS.

ACCEDIT EPISTVLA C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL.

PARS PRIOR.

LIBROS I ET II ET PROLEGOMENA CONTINENS

CVM EPISTVLA C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL.



BEROLINI

APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIOS.

MDCCCLXXXIIII.

IN ITALIA APVD VLRICVM HOEPLI BIBLIOPOLAM MEDIOLANI ET PISIS.

PROSPECT.

INSTITVTIONVM
GRAECA PARAPHRASIS
THEOPHILO ANTECESSORI
VVLGO TRIBVTA
AD FIDEM LIBRORVM MANV SCRIPTORVM
RECENSVIT
PROLEGOMENIS NOTIS CRITICIS VERSIONE LATINA
INSTRVXIT
E. C. FERRINI

In zwei Lieferungen zu je ca. 550 Seiten.

Preis jeder Lieferung: 12 Mark.

Der erste Theil enthält einen Brief von Herrn Prof. C. E. Zachariae von Lingenthal als Vorwort, die Prolegomena (Einleitung) und den Text der ersten zwei Bücher kritisch festgestellt, mit kritischen Anmerkungen, welche die wichtigsten Lesungen der Handschriften ergeben.

Im Texte wurde die älteste Recension, die uns vorzüglich im Codex Messanensis und im Laurentianus LXXX, 1 bewahrt ist, wiederhergestellt, in den Noten ist die neueste Recension des Werkes (vorzüglich aus Pal. 19 und Laur. LXXX, 6) wie auch die mittlere (Cod. Vaticanus) mitgetheilt. Auch die früheren Ausgaben sind nicht vernachlässigt worden.

Eine neue lateinische Uebersetzung ist hinzugefügt worden. In den Prolegomena wird die Frage über den Ursprung des Buches und seine Hauptquellen erledigt, wie auch die ratio critica dargelegt.

Der zweite Theil folgt demnächst. Er enthält die zwei letzten Bücher, den Index rerum und die Hauptvarianten der Pariser Handschriften.

INSTITVTIONVM

GRAECA PARAPHRASIS

THEOPHILO ANTECESSORI

VVLGO TRIBVTA

AD FIDEM LIBRORVM MANV SCRIPTORVM

RECENSVIT

PROLEGOMENIS NOTIS CRITICIS VERSIONE LATINA

INSTRVXIT

E. C. FERRINI
ANTECESSOR TICINENSIS.

ACCEDIT EPISTVLA C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL.

PARS PRIOR.

LIBROS I ET II ET PROLEGOMENA CONTINENS

CVM EPISTVLA C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL.





BEROLINI
APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIOS.
MDCCCLXXXIIII.

IN ITALIA APVD VLRICVM HOEPLI BIBLIOPOLAM MEDIOLANI ET PISIS.

VIRIS DOCTISSIMIS

ALFREDO PERNICE

ANTECESSORI BEROLINENSI

ATQVE

ANTONIO BVCCELLATI

ANTECESSORI TICINENSI

MAGISTRIS SVIS

LVBENS MERITIS

D D

DISCIPVLVS.

C. E. Zachariae a Lingenthal

Contardo Ferrinio

S.

Θεοφίλου ἀντικήνσωρος Ἰνστιτοῦτα, quae uocantur, denuo edendi quod cepisti consilium, id mihi valde probatur. Reitzii editio, licet famigeratissima, antiquata tamen est, et praefatione magis necnon excursuum mole conspicua, quam textu ad fidem codicum manu scriptorum castigato, adeo ut ne hoc quidem inde appareat, an Theophili nomen operi in codicibus sit inscriptum. Te vero praestantiorem codicum collatione instructum esse novi: Tibi ad manus est Gaius, cui graecas illas Institutiones comparare possis: Tibi denique non sunt incognitae recentiorum doctorum disquisitiones de Indicibus, quales Iustiniani temporibus Ictis conscribere mos erat, ut de natura atque indole graecae paraphrasis aptius possis iudicium proferre, quam Reitzio et Degenio licuit.

Igitur — ut cum Virgilio loquar —

Rumpe moras!

Novam editionem expectant quicumque elegantioris iurisprudentiae cultores sunt!

Dabam in villa Grosskmehlen pridie kalendas Februarias anno MDCCCLXXXIV.

Prolegomena.

Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ.

Graecae Institutionum paraphraseos studium adgredientibus haec potissimum proponenda sunt: I^{um} quaenam fuerit huius operis origo. II^{um} quibus nobis codicibus manu scriptis fuerit seruata III^{a} quaenam deinceps subsidia in editione hac comparanda praesto fuerint et qua uia pergendum putauerimus.

§ 1.
Operis origo.

De Paraphraseos latinarum Institutionum, quae Theophilo Antecessori uulgo tribuitur, origine quaestio mirum quantum uexata est. omnium autem sententias diiudicare non est huius loci: quarum cum plurimae nullo prorsus ualido fundamento innitantur, tum etiam iamdudum merito sunt explosae. post autem Paraphraseos editionem illam reitzianam, quae CXXXII abhinc annis apparuit, ea potissimum sententia praeualuit, eam esse Theophilo constantinopolitano Antecessori tribuendam et probabilius non ab eius calamo esse profectam, set ab eius auditoribus in scholis secundum eius praelectiones descriptam. Quam sententiam paullo dubitanter a Reitzio prolatam[1]) ce-

1) T. 1, p. XLII, qui eam coniecturam in notis a Trekellio relictis inuenerat.

teri ad unum fere tuto animo amplexi sunt eo libentius, quod Degenius in libello suo de Theophili aetate et scriptis[1]) pluribus argumentis eam omnibus probare conatus esset. quae tamen opinio quantum cum eius aetatis moribus ceterisque de Theophili uita notitiis conueniat, ipsi uiderint. et ante omnia illud esset demonstrandum Theophilum Antecessorem longius aetatem suam produxisse, quam inter omnes fere conuenit. nam cum eum inter uiros adlectum fuisse constet, qui priori Codici[2]) Digestis[3]) Institutionibus[4]) componendis operam dederint, inter eos autem qui alteram Codicis editionem curauerint non nominetur[5]), probabilius statuendum est eum ante Constitutionem »Cordi« latam obiisse:[6]) h. e. paucis mensibus post Digesta Institutionesque promulgatas. cum quo optime conuenit Digestorum graecum Indicem ab eo susceptum non ultra libros »De rebus«, quos uocant, produci potuisse[7]). quo tandem iure sumamus eum tam breui tempore opus prolixum satis et laboriosum ad finem usque perduxisse, praesertim cum in Indice Digestorum conficiendo occupatus fuerit?

Quae tamen non adeo magni fortasse facienda essent, si alicunde probabiliter constaret Paraphrasin reuera Theophilo esse tribuendam. id tamen nulla pretiosa ratione contenditur. nam qui rem sibi demonstrandam susceperunt illud tantum adsecuti sunt, ut cuique probarent hanc paraphrasin Iustiniani aetati esse

---

1) Bemerkungen über das Zeitalter . . . des griechischen Rechtslehrer Theophilus. 1809.

2) Const. »Haec quae necessario« § 1. »Summa« § 2.

3) Const. »Omnem« § 2. »Tanta« [*Δέδωκεν*] § 9.

4) Prooem. Inst. § 3. cf. Mylius Historia Theophili, p. 30.

5) Const. »Cordi« § 2.

6) Constitutio lata est d. XVI kal. Dec. anno p. Ch. n. DXXXIIII.

7) Fragmenta collegit Reitzius II 944—957. alia addidit Heimbachius Basil. VI 34 sq.

uindicandam, quod sane negari non potest. A nemine uero ante XI^{um} uel XII^{um} saeculum Paraphrasis Theophili nomine insignitur; set cum eius uerba a uetustioribus referantur, Institutiones simpliciter laudantur. Et probabilius eius titulus olim fuerat »*Τριβουνιανοῦ θεοφίλου καὶ Δωροθέου* Institûta«; ita saltem notula in quodam parisiensi codice seruata innuere mihi uidetur[1]). et reuera cum Digestorum Index a Theophilo confectus sub eius nomine semper ueniat, mirum foret Institutionum Paraphrasin, si ab eo fuisset composita, nunquam ab antiquioribus ita laudari. Neque desunt argumenta intrinsecus petita, quae a Paraphrasi Theophilo tribuenda prorsus deterreant. ne in erroribus in re historica et antiquaria admissis recensendis subsistamus (in quibus rebus ueteres iurisconsultos peccare frequentius notum est), non adeo pauci in ipsa legitima scientia errores in hoc libro inueniuntur, qui tam claro Antecessori, qui praesertim in Digestis componendis fuerit uersatus, sine magna iniuria tribui nequeant. et ne in re manifesta moremur, quam ridicule locum de heredibus ex disparibus partibus scriptis inuicem

---

1) Cod. gr. Par. 1367 fol. 97. cf. Zachariä. *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. XII n.: haec tamen in Cod. corrupta sunt. In libris tamen manu scriptis (quorum nullus saec XI^{0} antiquior extat) Paraphrasis Theophili nomine insignitur. Nam, ut de his taceam qui initio carent [eorum autem subscriptiones uide sis in editione hac nostra], Laur. LXXX, 1 sic incipit: *ἀρχὴ τῆς πρώτης ἰνστιτουτίω*[*νος θεο*]*φίλου ἀντικήνσωρος*: LXXX, 2: *ἡ διάταξις βεβεοῦσα τὰ ἰνστιτοῦτα. ἀρχὴ τῆς πρ. ἰνστ. θ. ἀντικήνσορος*: X, 16: *ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἰνστιτούτων θεοφίλου ἀντικένσωρος. ἀρχὴ τῆς πρώτης ἰνστιτουτίωνος θεοφίλου ἀντικένσωρος*: Pal. gr. 19 [= Bruxell. 403 et Laur. LXXX, 6]: *ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν Ἰνστιτούτων θεοφίλου ἀντικήνσωρος.* item cod. Taur. de libris parisiensibus cfr. alteram huius operis partem. Ego autem '*ἀρχὴ σὺν θεῷ τῆς ᾱ* Inst.' scripsi, ut *ἀναλογίαν* codicis messanensis, quem in ceteris libris secutus sum, seruarem.

substitutis (2, 15, 2) interpretata est Paraphrasis, quam inaudita de condictionibus (2, 1, 26) de actione pro tutela (4, 10 pr) in ea continentur: quam demum multa eiusmodi, quae non praestantis Antecessoris, set inepti cuiusdam compilatoris stilum prodant! huc accedit Paraphrasin a Theophili Indice nonnunquam dissentire, sicuti iam scholium quoddam XI° uel XII° saeculo tribuendum animaduertit. nam cum aurigae in Paraphrasi inter »infames« referantur, *αὐτὸς . . ὁ Θεόφιλος ἐν τῷ ἰδίῳ* índici *τῶν πρώτων οὐ λέγει τοὺς ἡνιόχους αἰσχρὰ ἢ ἄτιμα πρόσωπα.*[1]) Adcedit maxima in scribendi exponendique modo disparitas, ut nullomodo de eodem auctore cogitare liceat.

Restat ut dispiciamus quomodo fieri potuit, ut graeca haec Institutionum Paraphrasis Theophilo tribueretur. ad maiorem perspicuitaten res longius repetenda est. Constantinus Monomachus iuris scholam Constantinopoli condidit, eamque lege ordinauit, quam nuper inter Ioannis Euchaitensis opera edidit P. a Lagarde.[2])

Ea lege cauetur, ut in schola ueteres libri adhibeantur emendentur atque explicentur, et ut principalis bibliotheca scholae usui et commodo potissimum inseruiat. inde plures ueterum iuris librorum editiones et recensiones fluxisse nemo facile infitias ibit, qui praesertim cogitauerit quot iuris graecoromani codices manu scripti eius aetatis in Asiae et Europae bibliothecis extent: graeca autem Institutionum interpretatio (quae una fere a Graecis aut confecta aut certe adhibita est)[3]) antecessorum et tironum cura potissimum in se con-

---

[1]) schol. ad. 2, 18, 1.

[2]) Abhandlungen der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften 1882, Bd. XXVIII.

[3]) Cf. quae inferius proponemus. Coniecturam, quam exposuimus, Zachariaeus a Lingenthal litteris ad nos datis perpendendam proposuit.

uertere debuit, cum argumenti praestantia, tum etiam perspicuitate, notitiarum copia et antiquitate conspicua. in qua recensenda factum est, ut ea Theophilo Antecessori facile tribui posset, quem et in Institutionibus componendis uersatum fuisse constaret, et qui primus in Prooemio (§ 3) laudaretur. nam ne Tribuniano Paraphrasis tribueretur obstabant cum cetera, tum odium, quo apud Graecos eius memoria tenaciter adfecta est. et cum Dorothei plures alii libri innotuissent, aequum uideri potuit Theophilo una cum Digestorum Indice Paraphrasin uindicari.[1]) aliquid non plane diuersum in Nomocanone XIIII titulorum contigit. qui cum uetustioris antiquitatis haud exigua neque obscura uestigia praeseferat, a graecis recentioribus Photio tributus est, cuius in re potissimum ecclesiastica nomen adeo peruulgatum erat.[2]) item iuris liber in Hibernia celeberrimus, qui Senchus-Mor uocatur, diuo Patricio, qui in maximo honore et cultu apud eas gentes habebatur, tributus est.[3])

Hac igitur coniectura rem facile expediri arbitror. et nunc quaerendum est quis demum auctor Paraphraseos fuerit. alibi iam satis ostendisse confido huic operi graecum quod-

---

1) Item leges saeculares in syriaca recensione, quae in libro parisiensi continetur, Constantino Theodosio et Leoni tribuuntur, qui in eius praefatione laudantur.

2) Cf. Pitra Ius ecclesiasticum Graecorum, t. II passim. Iampridem Biener Geschichte der Novellen p. 34—38. 222 sq. Heimbachius. *Ἀνέκδοτα* t. 1, p. XLVII.

3) Sumner-Maine. Études sur l'histoire des Institutions primitives trad. franç. p. 346: »il se peut qu'un traité de dimensions inusitées estimé en proportion de son volume par l'école de droit qui en était possesseur finît peu à peu par être associé à un nom tenu hautement en honneur ou éminemment sacré (Saint Patrice): phénomène, dont l'histoire juridique de l'Orient offre, croit-on, plus d'un exemple«.

dam Gai Institutionum κατὰ πόδας pro fundamento fuisse. id uero non solum ex pluribus locis ad iuris historiam pertinentibus ex Gai Commentariis uerbo tenus in Paraphrasin translatis probare conatus sum, set ampliorem locorum segetem attuli[1]), quibus euinceretur saepius Paraphrasin cum Gaio conuenire, cum a latinis Institutionibus dissentiret, et plura in ea inesse, quae nonnisi ad uersionem et dilucidationem Gai commentariorum referri possint. quae omnia cum per se, tanta argumentorum copia collata, perspicua esse sperem, tum etiam doctorum uirorum suffragio comprobata sunt. in eo tamen me errasse doleo, quod ipsum Gai κατὰ πόδας Theophilo tribuerim, cum longe probabilius scholae berutiensi esset uindicandum.[2])

Et reuera cum iam per multos annos Gai Institutiones scholarum usui inseruirent, uix fieri potuit quin ulla earum graeca interpretatio existeret. accedit argumentum, quod, ni fallor, rem haud parum confirmet. extant nimirum quaedam non obscuriores adfinitates inter Paraphrasin et Leges saeculares, quas uocant, idest librum iuris syro-romanum. eum L fere annis ante Iustinianum imperatorem confectum fuisse constat, eumque ex berutiensi schola quodammodo esse profectum non ambigitur.[3]) eiusmodi autem adfinitates non

---


1) Rendiconti del R. Istituto Lombardo 16, 569 sq.


2) En quae mihi hac de re scripsit Zachariaeus a Lingenthal, quaeque uenia tanti uiri nunc describere liceat: »Mit grossem Interesse habe ich Ihre feinen Bemerkungen über Theophilus gelesen. Im Wesentlichen bin ich ganz mit Ihnen einverstanden. Nur möchte ich nicht so bestimmt annehmen das Theophilus selbst ein κατὰ πόδας von Gaius' Institutionen ausgearbeitet habe: vielmehr stammt dasselbe vielleicht aus Berytus.«


3) Editiones cum Landii, tum Brunsii perspectas habui: hanc uero alteram potissimum secutus sum.

aliter explicari possunt, quam si statuamus ex eadem schola utrumque librum manasse.

Uterque liber de inofficioso testamento tractans de infamibus personis loquitur hoc modo:



Th. 2, 18, 1 *αἰσχρὸν ἐπέχουσι . . πρόσωπον, οἷον ἡνίοχοι μίμοι κυνηγοὶ καὶ οἱ ἀπὸ αἰσχρᾶς μίξεως ἐγνωσμένοι.*	Ms. lond. § 9. 

Adde Theoph. 3, 12, 1 = Lond. § 48 b. ubi de S. C. Claudiano sermo est: uterque de *παραγγελίαις* loquitur  , uterque (adde Thal. schol. Bas. IIII 770 qui ex eadem fonte hausisse uidetur) eandem dicendi formam usurpat: *εἰ γὰρ . . ἐρασθῇ . . =*



Si ergo probatum fuerit *τὸ κατὰ πόδας* Gai, quod Paraphrasi nostrae pro fundamento fuerit, ex berutiensi schola originem ducere idque, cum Iustinianus Institutiones suas promulgasset, ad nouum latinum textum, ut melius fieri potuit, adcommodatum esse, res erit, quae nullomodo exemplo careat. quin imo exemplum eiusdem aetatis tenemus, quod

---

1) Cf. locutiones complures, quae eandem originem redolere uideantur.  (ut recte pro  posuit Sachauius Syrisch-römisches Rechtsbuch, p. 18) gr. *μέμψις* apte respondet: utraque uox de querella [inofficiosi] usurpatur: de pretio eius qui sese uenumdari passus est apud utrumque *τιμὴ* adhibetur: uox *προθεσμία* [§ 125 = Th. 3, 19, 19c.] tempus constitutum apud utrumque audit. Accedit, id quod iam Brunsius animaduerterat (Syr.-röm. Rechtsbuch p. 321) quaedam rei exponendae similitudo, de qua alibi fortasse nobis monendum erit.

ad rem nostram haud parum facit. *Τὸ κατὰ πόδας* constitutionum retro principum, quae in Iustiniano Codice continentur, non esse a Thalelaeo confectum post scholium a Pitra eminentissimo uiro editum inter omnes constat, neque est cur coniecturam Zachariaei a Lingenthal aspernamus existimantis uersionem *κατὰ πόδας* trium Codicum Theodosiani Hermogeniani et Gregoriani in berutiensi schola fuisse confectam eamque a Thalelaeo in commentario suo conficiendo adhibitam. quare fit ut Thalelaeus longe integriorem textum prae oculis habuisse uideatur.[1])

Is igitur fuit (ut patet) aetatis Iustiniani imperatoris mos, ut libri ex berutiensi schola profecti, cum fieri posset, ad noua studia aptarentur. quae consuetudo plurimi nostra refert, cum ita traditio scholarum sine intermissione continuaretur.

Ceterum hoc opus, ut *τὸ κατὰ πόδας* Gai Institutionum ad nouum textum exprimendum reduceretur, Iustiniani temporibus susceptum fuisse pluribus euincitur argumentis. Primum enim huius aetatis uerba usurpat et eius indolem repraesentat, quae a ueterum iurisconsultorum memoria nondum abhorrebat: posteriores autem leges ne uerbo quidem adtingit, cum uetustiora iura commemorare minime supersedeat. eius uerba a Iustiniani aequalibus referuntur: nam si quid uideo hanc Paraphrasin etiam Thalelaeus prae oculis habuit.[2]) eam certe Stephanus nouit et adeo magno studio

---

1) Quae opinio alteri sane est praeferenda, (Kritische Vierteljahresschrift 16, 231 sq.) ex qua Thalelaeus uersionem prioris Codicis Iustiniani esset secutus. alter enim Codex a priore non tam in ipsarum constitutionum modo et forma, quam in numero et qualitate diuersus fuisse uidetur. Cf. Const. »Cordi« § 3. 4.

2) Cf. schol. *θαλελ.* Bas. IIII 86 = Theoph. 2, 19, 7. ibid. = Th.

in ea lectitanda uersatus est, ut eius stilum formam uerba denique ipsa imitanda sibi proposuerit: id quod etiam est adsecutus.[1]) haec autem Paraphrasis utpote quae magnam partem libro inniteretur, qui haud exiguam fuisset in scholis auctoritatem adsecutus, adeo apud Graecos statim usitata fuit, ut nullius alius uersionis uestigia satis certa appareant. Nam si regulas Institutionum excipias, quas edidit Zachariaeus a Lingenthal[2]), quaeque probabilius ex uetere quadam summa Institutionum excerptae sunt, omnes loci qui ex Institutionibus apud Graecos referuntur ex hac nostra Paraphrasi aut uerbo tenus sumpti aut in breuiorem formam redacti atque translati esse uidentur.

§ 2.

De codicibus manu scriptis, quibus Paraphrasis nobis seruata est.

Codices manu scripti hi innotuerunt:

I. Vaticanus. gr. 2063.[3]) Bas. 102.

II. Palatinus. gr. 19. Inde descripti sunt:

IIa. Bruxellensis [Egnatianus] 403.

IIb. Laurentianus LXXX, 6.

2, 7, 4. id. schol. *θαλ.* IIII 770 = Th. 3, 12, 1. Quod. ad schol. *θαλ.* IIII 723 non est Fabroti sententia reicienda existimantis »*ἐν τοῖς πρώτοις*« potius quam »*ἐν τοῖς ἰνστιτούτοις*« legendum esse, ut de Dig. 1, 5, 25 ea accipiamus, ubi uerbo tenus eadem reperiuntur.

[1]) Caue ne statuas Stephanum quoque graece Institutiones esse interpretatum. Quod enim ad schol. *φησίν* II 397 adtinet, uidesis quae recte monuit Heimbachius Basil. VI 31.

[2]) *Ἀνέκδοτα* p. 166—175.

[3]) Haud recte apud Zachariaeum Delineatio p. 26, quem descripsit Mortrolius Hist. du dr. byzantin. 1, 127, est Bas. 115 (h. e. Vat. 2079), qui, ut ipse recognoui, Epitomen continet.

III. Laurentianus LXXX, 1.
IIII. » LXXX, 2.
V. » LXXX, 18.
VI. » X, 16.
VII. Messanensis, cuius collatio ope Carionis confecta seruatur inter libros graecos manu scriptos Bibliothecae regiae Berolinensis gr. 28a. 28b. in 4°.
VIII. Parisiensis gr. 1364.
VIIII. » gr. 1365.
X. » gr. 1366.
XI. Marcianus 178.
XII. Oliuetanus.
XIII. Taurinensis 162.

Paraphraseos codices tractanti ultro apparet duas quodammodo eiusdem operis recensiones contineri. In Messanensi enim codice, item in Laurentianis LXXX, 1 et LXXX, 2 et in duobus parisiensibus antiquioribus recensio textus ab ea satis diuersa, quae in ceteris codicibus seruatur, se praebet, quae aetatem redoleat uetustiorem. latinae uoces immo et litterae in iis codicibus seruatae sunt, cum in ceteris graecis cesserint. Idem in Nomocanone XIIII titulorum contigisse omnibus notum est, cuius antiquiores recensiones uerba artis latina retinuerant.[1]) Paullo enim post Iustinianum latinae linguae scientia admodum rara facta est, ita ut etiam in Prochiro necessarium uisum sit eas uoces graece reddere: »*τῶν ῥωμαικῶν λέξεων τὴν συνθήκην εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν μετεποιήσαμεν*«[2]). Item iis uerbis, quae necessario latine essent

1) Cf. pro omnibus Heimbachius Basil. VI 94.

2) *Ὁ πρόχειρος νόμος*, Prooem. § 1.

seruanda, graeca interpretatio addita est. Saepius ubi graeca φράσις nimium latinae haereret ideoque obscurior euaderet, alia substituta est, quae elegantior et clarior esset. si quis quaerat unde altera haec παραφράσεως recensio (cuius exemplar praecipuum Palatinus codex esse uidetur) manauerit, respondeamus necesse est eam probabilius a schola originem ducere, quam condidit Constantinus Monomachus. utramque enim linguam callere ex eius constitutionis sententia Antecessores debebant eoque niti, ut libros iuris emendarent atque peruulgarent. in quo opere perficiendo non omnia correctores ex sua, ut ita dicam, penu protulerunt, set scholiis et notis usi sunt, quae iam tunc temporis extarent. in uetustioribus enim manu scriptis codicibus, qui pristinam illam recensionem adhuc praeseferunt, scholia et glossae sunt conspicua, quae in repetita praelectione in ipsum textum translata sunt. haec omnia in nostra hac editione perspicua fore confidimus: cum enim in textu antiquiorem recensionem secuti simus, alteram seriorem in notis perpetuo rettulimus (ex Palatino praesertim et, quod ad idem redit, Laurentiano LXXX, 6). restat ut de praecipuis codicibus pauca disseramus.

Codex omnium prestantissimus est qui Messanensis uocatur.[1]) qui cum hodie lateat, collatio Carionis diligentissime confecta extat in Regia Bibliotheca Berolinensi, ubi inter codices graecos manu scriptos adseruatur (28a. in 4°). magnopere dolendum eum adeo esse mutilum ut liber I^us^ totus fere desideretur, item liber IIII^us^ a ti. 14^um^ usque ad finem.

---

1) Plura de huius Codicis natura exposui in Rendiconti dell' Ist. Lomb. 16, 61 sq. Cf. etiam Bluhmius in ephemeride, quae inscribitur Zeitschrift für gesch. R. W. VII, 3, 370 sqq.

Eum Codicem in hac mea editione comparanda potissimum sum secutus. antiquiorem enim recensionem quam constantissime et fidelissime praesefert. ad eius lacunas supplendas magno mihi usui fuit Laurentianus LXXX, 1, qui praesertim in duobus libris prioribus eandem omnino indolem praebet. huic propius adcedit Laurentianus LXXX, 2. is codex magnam cum aliis praesefert adfinitatem, qui in Calabria apud Basilianos exarati sunt (ut est Ambros. Q, 25 sup. Vat. Bas. 115. item 114. plures alii id genus), cum in litterarum formis, tum etiam in orthographia, quam uocant, et in ipsis, quibus scatet, erroribus. eadem quoque aetate (saeculo XII°) conscriptum esse liquet, ut pro certo habeam eam esse ei originem uindicandam. hic autem codex admodum neglegenter exaratus est: persaepe (in I° libro praesertim) scholia in ipsum textum intrusa sunt, lacunae crebrius occurrunt. tamen utpote qui a bono quodam et perantiquo exemplari descriptus fuisse uideatur, eum totum contuli eiusque lectiones referendas censui. item antiquiorem recensionem praebent Codices parisienses gr. 1364. 1366, quorum prior maximi momenti ad Theophili crisin est. eum sane eundem crediderim esse atque ille, quem contulit Fr. Pithoeus, cuius uarias lectiones edidit Reitzius.[1]) eos codices (una cum tertio parisiensi 1365) adhibuit Fabrotus, qui in altera eius editione codice 1364 maiore quadam curam usus est.[2]) codices XII° fere saeculo sunt exarati: eodem tempore probabilius etiam liber I^{us} et II^{us} in Cod. 1365 scripti

---

[1]) in t. 1. p. XLII—LX.

[2]) Rendiconti Ist. Lomb. XVI 60. Inde patet quam iniuria dixerit Reitzius uariantes alterius fabrotianae editionis nullam merere fidem II 1250. cf. Cario Beschreibung des Cod. Messanensis (in Biblioth. Berolinensi inter manuscr. graec. codices in 4°. 28b.) fol. 2b.

sunt, libri uero III^{us} et IIII^{us} saec. XIIII^{o} aut XV^{o} suppleti sunt. de codice Vaticano gr. 2063 magna quaedam fama percrebuerat[1]), non tamen merito. est admodum mutilus, ut a 2, 20, 20 incipiat. Recensionem mediam quandam inter antiquiorem illam et alteram recentiorem praebet; eius uariantes diligenter contuli et in calce adnotaui. saeculo XII^{o} fere exaratus esse uidetur. non facile librum neglegentius scriptum inuenire quis posset, adeoque crebris lacunis laborat, ut uix *ὁμοιοτέλευτον* reperiatur, quin scriptor bonus locum integrum describendo praetermiserit: utrum taedio an somno plenior non statim quis coniecerit.

Primus liber in Laurentiano, LXXX, 18 bombyc. saec. XIII^{i}. desideratur. codex bonae notae est et ad recentiorem recensionem propius adcedit. in eo plures scholii et stemmata complura in scholarum usum confecta conspicua sunt, quae eadem manu sunt adiecta. manu posteriore (saec. XV^{o}, ut uidetur) scholia latina addita sunt. Quorum scholiorum pauca tantummodo, cum plura temporis angustiae non sinerent, describere potui: digna tamen prorsus sunt, quae in lucem proferantur. utinam posset quis aliquas notitias, quae praesertim ad historiam horum studiorum in Italia illustrandam conferant, inde haurire!

Haud deterioris notae est Cod. Laurentianus X, 16, qui item recensionem iuniorem praesefert et saec. fere XIIII^{o} exaratus est. Bonae notae est Cod. Palatinus gr. 19, unde Bruxellensis 403 atque Laurentianus LXXX, 6 descripti sunt. Romae commorantem temporis angustiae me prohibuerunt, quominus totum eum codicem confer-

---

[1]) Gundling in Gundlingianis II 105. cf. Rendiconti l. c. p. 63.

rem: optimum tamen supplementum praebuit mihi Laurentianus LXXX, 6, qui, ut ipse recognoui, ex eo plane fluxit. Apographum Egnatianum, quod nunc Bruxelli adseruatur, una cum Marciano codice (qui eandem recensionem continet) adhibuit Viglius Zuichemus in prima Theophili editione comparanda. uidetur tamen Zuichemus Marciani codicis uestigiis potissimum haesisse.

Codex Taurinensis parui momenti est. duos tantummodo priores libros continet, et saec XVI°, si quid uideo, demum exaratus est. recentiorem amplectitur recensionem: ut eius quodammodo specimen offerrem, eius omnes uariantes ad tit. XI libri I^{i} collegi et in calce descripsi: ceterum eum in maximis tantum ambiguitatibus adhibui. De Oliuetano nulla mihi notitia peruenit: item de eo codice manu scripto, qui apud Anglos adseruari dicitur.

§ 3.

De ceteris editionis subsidiis et de eius ratione.

Editiones anteriores praecipuas, ut par erat, contuli.

Praeterea ceteros iuris graeco-romani libros adhibui, qui locos ex Paraphrasi sumptos continerent. inter quos, ne de Basilicis eorumque scholiis loquar (pro quibus Heimbachii potissimum editionem secutus sum, addito Supplemento Zachariaei a Lingenthal), magno usui fuerunt Prochiros Epitome Epanagoge Harmenopulus. quod ad Prochiron Epanagogenque item Epitomae titulos XXIII priores, Zachariaei editiones sum secutus: Epitomae titulos a XXIIII° usque ad finem in Ambrosiano codice Q, 25 sup. contuli, quem ipse felici quodam fato repperi, cum editio Zachariaei nondum apparuerit. idem Harmenopulum secundum Heim-

bachii editionem et codicem ambrosianum C, 3 inf. adhibui. plura suppeditauit tractatus de Peculiis, quem edidit Heimbachius[1]), ex quo locos quosdam libri II[1] castigaui. Michaelis Attalensis *τὸ ποίημα* non tam ad Leunclauiensem editionem, quam ad fidem codicum manu scriptorum Ambros I, 117 inf.[2]) Laur. LXXX, 6 et V, 4 laudaui, cum iam studia nouae eiusdem editionis comparandae inierim. item Gai Commentariis ad quosdam locos emendandos usus sum[3]), et iure quidem, cum constet graecum Gai *κατὰ πόδας* Paraphrasi pro fundamento fuisse. coniecturas Reitzii et Wuestemanni passim admisi, quae singulae quales sint suis locis proponam.

Qua autem ratione hanc editionem comparauerim, paucis iam explicari potest. antiquiorem recensionem in textu sum secutus: mediam et nouissimam in notis exposui. Orthographiam ex codicibus dedi, qui eam recensionem quam fidelissime repraesentarent, i. e. Messanensi et Laurentiano LXXX, 1. Rubricas latinas ubique seruaui: graecas enim sero et imperite additas esse iam uidit Reitzius (II 1175 sq.). de orthographicis canonibus alibi iam plura disserui[4]): ceterum monendum est nunquam me adeo ingenio meo indulsisse, ut quae in libris essent mutare sustinerem. Ita factum est ut quaedam latina uerba, quae in libris constanter nulla pretiosa ratione graecis litteris scripta essent, ego quoque graecis litteris exprimerem, quamuis aliter ceterarum uocum *ἀναλογία* persuaderet. accentus quoque secun-

---

1) *Ἀνέκδοτα* II 247—260.

2) Hunc librum diserte descripsi Rendiconti Ist. Lomb. XVI 64—65.

3) Cf. quae disputaui in Rendiconti l. c. p. 572. 574.

4) Rend. Ist. Lomb. l. c. p. 61—62.

dum eos libros retinui, qui, ut omnibus liquebit, ad graecae prosodiae normam conformantur. quibus, ni fallor, Zachariaei desiderium explebitur, quod ipse olim expressit.[1]) ceterarum praecipuarum editionum uariantes collegi: item locos, quos inuenerim, parallelos uersionem quoque latinam e regione addidi, non ueterem illam Curtianam, neque eam quam Fabrotus emendauit aut Reitzius foedauit, set quae mihi potissimum probaretur.

In hac mea editione complura facile deprehendi poterunt, quae notanda uideantur.[2]) quae si quis monuerit, libenter audiemus, et si tanti erunt, ad nostri laboris emendationem accipiemus. eo enim tantummodo tendimus, ut haec Paraphrasis, quae a nemine eorum est neglegende, qui iuris scientiae operam dent, magis magisque adornata et perpolita procedat.

---

1) *Ἀνέκδοτα* p. 173 n. 56.

2) In plagulis typographicis corrigendis nonnulla sphalmata perperam relicta sunt, quae tamen facile lector animadvertet. ut ecce p. 4^{b} 'proemio' pro 'primis', p. 5^{b} 'legum' pro 'rerum', p. 9^{a} 'absolutum . . quod' = 'absolutus . . qui'. cet.

Signorum explicatio.

M. = Codex Messanensis.
L^1. = Cod. Laurentianis LXXX, 1.
L^2. = » » LXXX, 2.
L^6. = » » LXXX, 6.
L^{18}. = » » LXXX, 18.
L^{16}. = » » X, 16.
V. = Codex Vaticanus.
P. = Codex Palatinus.
Taur. = Codex Taurinensis.
Par.^{1}. = Cod. Parisiensis 1364.
Par.^{2}. = » » 1365.
Par.^{3}. = » » 1366.
Vi. = editio Viglii Zuichemi.
G. = editiones Gothofredianae. item:
G^1. = ed. Gothofr. princeps.
G^2. = ed. Gothofr. altera et sic deinceps.
F. = editiones fabrotianae.
F^1. = ed. fabr. prior.
F^2. = ed. fabr. altera.
R. = editio reitziana.
W. = Wuestemanni uersio germanica.
Proch = Prochiros.
Epa. = Epanagoge.
Epi. = Epitome.
Pi. = Variantes Pithocanae.
Bas. = Basilica.
Harm. = Harmenopulus.
Att. = Michael Attalensis.
Π. = tractatus de peculiis.

THEOPHILI ANTECESSORIS

INSTITUTIONES.

Ἡ διάταξις ἡ βεβαιοῦσα τὰ Institûta.

Βασιλικῆς μεγαλοφροσύνης ἐστὶν ἴδιον οὐ μόνον ὅπλοις κοσμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ νόμοις ὁπλίζεσθαι, ὥς γε[1] *ἑκάτερον καὶ τὸν τοῦ πολέμου καὶ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν ὀρθῶς κυβερνᾶσθαι καὶ ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς ἀποφέροιτο νίκας οὐ μόνον ἐν ταῖς τῶν πολεμίων συμπλοκαῖς, ἀλλὰ καὶ νομίμοις ἐπινοίαις τὰς τῶν συκοφαντῶν ἀδικίας ἐξωθῶν καὶ γένηται*[2] *μὲν ἐν νόμοις σεβάσμιος, θριαμβεύοι δὲ τῶν πολεμίων κρατήσας*[3]). 1. *Τούτων ἑκατέραν* 1.
τὴν ὁδὸν ἀγρυπνιῶν ὑπερβολαῖς καὶ μεγίστῃ προμηθείᾳ τῶν ἐσομένων, θεοῦ συνεργοῦντος, ὁ ἡμέτερος διήνυσε βασιλεύς. καὶ τοὺς μὲν ἐν πολέμοις ἱδρῶτας αὐτοῦ τὰ βαρβαρικὰ γένη[4]) *δουλωθέντα κηρύττει πείρᾳ μαθόντα τὸν κρείττονα. καὶ τοῦτο μὲν Ἀφρικὴ τοῦτο δὲ καὶ ἕτεραι τὸ πλῆθος ἀναρίθμητοι*[5]) *ἐπαρχίαι μετὰ πολλὰς ἐνιαυτῶν περιόδους ταῖς αὐτοῦ νίκαις ἄνωθεν*[6]) *φιλοτιμηθείσαις πάλιν τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ τῇ αὐτοῦ προστεθεῖσαι βασιλείᾳ βοῶσιν. ἅπας δὲ δῆμος ὑπὸ νόμων ἐκφωνηθέντων ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν συντεθέντων ἰθύνεται*[7]). 2. *Καὶ τὰς μὲν βασιλικὰς* 2.
διατάξεις πάλαι συγκεχυμένας καὶ μαχομένας ἀλλήλαις εἰς σαφεστάτην ἤγαγε συμφωνίαν. τριῶν γὰρ ὄντων κωδίκων τοῦ τε Γρη-

---

1) ita L[1]. L[2]. F. *ὥστε* R. 2) ita L[1]. L[2]. F. *γένοιτο* R. 3) F. L[1]. R. L[2]: *τροπαιοφορῇ δὲ τουτές. νίκας φέρῃ θριαμβεύοι* ex glossem. 4) L[1]. L[2]. F. R. *ἔθνη* post Viglium in emendat. edit. omnes usque ad F. 5) L[1]. L[2]. F. R. *μυρίαι* in quibusdam libris esse auctor est Hotoman. in Comm. Inst. 6) *ὅθεν — θῆναι* L[2]. *θεῖσαι* omnes edd. usque ad G[2]. 7) *ἐκφ. τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ συνθ.* F. *ὑπ' αὐτοῦ καὶ συντ.* R. — ita L[1].[2]. *καθὸ καὶ νόμος αὐτός* add. Vi. in em. R.

Constitutio qua confirmantur Institutiones.

Imperatoriae maiestatis est non solum armis decorari, set etiam legibus armari, ut utrumque tempus et belli et pacis recte possit gubernari, et princeps romanorum uictor existat non solum in hostilibus proeliis, set etiam per legitima instituta calumniantium iniquitates expellens et tam legibus fiat uenerabilis quam uictis hostibus triumphator.

1. 1. Quorum utramque uiam cum summis uigiliis maximaque futurorum prouidentia, adnuente deo, noster princeps perfecit. eiusque in bellis sudores barbaricae gentes in dicionem redactae proclamant potentiorem expertae. idque tam Africa quam aliae innumerosae prouinciae post multa annorum curricula eius uictoriis diuinitus praestitis iterum dicioni romanae eiusque additae imperio protestantur. omnesque populi
2. legibus ab eo promulgatis seu compositis reguntur. 2. Et principales quidem constitutiones antea confusas et inuicem repugnantes in luculentam reduxit consonantiam. tres enim cum essent codices, Gregorianus nempe Hermogenianus et

γοριανοῦ φημι καὶ Ἑρμογενιανοῦ καὶ Θεοδοσιανοῦ προσέτι δὲ καὶ ἄλλων πολλῶν διατάξεων, αἳ μετὰ τὸν Θεοδοσιανὸν ἐτέθησαν, καὶ πολλῆς οὔσης ἐν ταῖς ἐμφερομέναις διατάξεσι τοῖς εἰρημένοις συντάγμασιν ἐναντιώσεως, ὁ κράτιστος ἡμῶν βασιλεὺς τὰς ἀχρήστους καὶ τὰ αὐτὰ λεγούσας καὶ τὰς ταῖς κρατούσαις μαχομένας περιαιρεθῆναι παρακελευσάμενος ὁμώνυμον τῇ αὐτοῦ γαληνότητι ἐκέλευσε κώδικα συγγραφῆναι[1]). ἠξίωσε δὲ τῆς οἰκείας φροντίδος καὶ τὰ ἀναρίθμητα τῶν πάλαι νομικῶν βιβλία καὶ πρᾶγμα πάσης κρεῖττον ἐλπίδος ὥςπερ διὰ μέσου βαδίζων πελάγους θεοῦ κατώρθωσεν εὐνοίᾳ καὶ τὰς εὐδοκιμούσας τῶν παλαιῶν γνώμας ἐν ἑνὶ συνήγαγε βιβλίῳ. 3. Τοῦτο δὲ πρᾶξαι[2]) 3.
Τριβουνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ καὶ ἀπὸ κοιαιστόρων τοῦ θείου παλατίου προσέταξεν, οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ Θεοφίλῳ καὶ Δωροθέῳ ἀνδράσιν ἰλλουστρίοις τε καὶ ἀντικήνσορσιν. ὧν τὴν σύνεσιν ἁπάντων καὶ τὴν ἐν νόμοις παίδευσιν καὶ τὸ περὶ τὰς βασιλικὰς κελεύσεις πιστότατον ἐκ πολλῶν ἐλέγχων ὁ θειότατος γνοὺς βασιλεὺς τοὺς εἰρημένους συγκαλεσάμενος παρηγγύησεν[3]) ἰδικῶς, ὥςτε κατὰ τὴν αὐτοῦ αὐθεντίαν καὶ ταῖς αὐτοῦ πειθομένους ὑποθήκαις τὰ Institûta ἤτοι τὰς εἰσαγωγὰς τῶν νόμων συνθεῖναι, ὥςτε τοῖς νέοις ἐξεῖναι τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια οὐκ ἐξ ἀρχαίων μύθων παραλαμβάνειν (τὰ γὰρ πάλαι μὲν κρατήσαντα, νῦν δὲ τῆς χρήσεως ἐκβεβλημένα ἀναγινώσκοντες ἐοίκασι τοῖς ἐντυγχάνουσι μύθοις), ἀλλ' ἐκ τῆς βασιλικῆς ταῦτα γινώσκοντες λαμπήδονος[4]), τοῦτο μὲν τὰς ἑαυτῶν ἀκοὰς τοῦτο δὲ καὶ τὰς ψυχὰς[5]) μηδὲν ἄχρηστον μηδὲ εἰκῇ κείμενον, ἀλλ' ὅπερ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἰσχύει τῆς πείρας μανθάνοιεν. καὶ ὅπερ πάλαι[6]) μετὰ τριετῆ[7]) μόλις χρόνον τοῖς ἀναγινώσκουσι συνέβαινεν, ὥςτε μετὰ τοσούτου χρόνου παραδρομὴν βασιλικαῖς ἐντυγχάνειν διατάξεσι, τοῦτο νῦν ἐξ αὐτῶν, ὥςπερ εἰπεῖν, τῶν πραγμάτων ἐφάπτονται τοσαύτης ἀξιωθέντες τιμῆς καὶ τοσαύτης ἀπολαύσαντες εὐτυχίας, ὥςτε καὶ τὴν τῶν νόμων ἀρχὴν καὶ τὸ πέρας τῆς τούτων διδασκαλίας ἀπὸ βασιλικῆς αὐτοῖς προσγίνεσθαι φωνῆς. συντίθεται γὰρ καὶ τὸ πα-

---

1) κωδ. ἐκ. F. ὁμ. τ. α. γ. in fin. habet. R. 2) L[1]. L[2]. F. ed. omnes. πράξας R. 3) L[1]. L[2]. παρήγγειλεν F. R. 4) τῆς β. λαμπ. τ. γ. F. R. 5) τέρπουσι perperam ins. L[2]. 6) L[1]. L[2]. πρώην F. R. 7) ita libri omnes, quos contuli: τετραετῆ em. F. R.

Theodosianus, praeterea et plures constitutiones, quae post Theodosianum codicem confectum latae sunt, magnaque cum esset inter constitutiones praedictis collectionibus insertas repugnantia, optimus Princeps noster cum inutiles geminatasque iurique, quo utimur, contrarias abolere iussisset, codicem conscribi imperauit serenitatis suae nomine praeditum. set et ad immensa ueterum prudentium uolumina curam suam extendit, opusque desperatum quasi per medium incedens pelagus deo fauente erexit, receptasque ueterum sententias in unum librum
3. coegit. 3. Idque faciendum Tribuniano gloriosissimo magistro et ex quaestore sacri palatii commisit, itemque Theophilo ac Dorotheo uiris illustribus et antecessoribus. quorum omnium sollertiam et legum scientiam et circa principales iussiones fidem ex multis expertus sacratissimus princeps noster argumentis, eis conuocatis, specialiter mandauit ut eius auctoritate eiusque obsequentes suasionibus Institutiones, idest elementa iuris componerent. ut liceret adulescentibus prima legum exordia non ab antiquis fabulis (quae enim olim optinebant nunc uero in desuetudinem abierunt legentes similes iis sunt qui fabulas nanciscuntur), set ab imperiali splendore appetere; tamque eorum aures quam animae nihil inutile nihil perperam positum, set quod in ipsa rerum consuetudine uersetur acciperent. et quod olim uix post triennium[1]) studiosis contingebat, ut post eius temporis decursum, constitutiones principales legerent, hoc nunc ex ipso rerum, ut ita dicam, primordio aggrediuntur, tanto digni honore tantaque gaudentes felicitate ut et legum initium earumque eruditionis finis ipsis a uoce principali procedat. praesens enim quoque compendium a

---

1) l. »quadriennium« ex lat. Inst.

ρὸν σύνταγμα ἐκ βασιλικῆς φωνῆς προοίμιον ὑπάρχον τῆς τῶν νόμων διδασκαλίας καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς τῶν παλαιῶν[1]) ἐκθέσεως ἀνάγκη τὸν[2]) νόμους παιδευόμενον τῇ τῶν διατάξεων ἀναγνώσει ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι. 4. Μετὰ ταῦτα μὲν οὖν συντίθε- 4.
5 ται βιβλία τῶν Διγέστων ἤτοι Πανδέκτων, ἐν οἷς ἤθροισται τῶν ἀρχαίων ἡ νομοθεσία, ἅτινα διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐνδοξοτάτου Τριβουνιανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν καὶ ἐλλογιμωτάτων ἀνδρῶν συντέθειται. μετ' ἐκεῖνα δὲ ἐν τέτρασι τούτοις βιβλίοις τῶν εἰρημένων Διγέστων τὰς εἰσαγωγὰς ἐκέλευσεν ὁ γαληνότα-
10 τος ἡμῶν βασιλεὺς ἐπιμερισθῆναι πάσης νομικῆς παιδεύσεως ἐσομένας πρῶτα στοιχεῖα. 5. ἐν αἷς διὰ βραχέων ἐκτίθεται[3]) 5.
καὶ ὅπερ ἐκράτει πάλαι καὶ τὸ[4]) μετὰ ταῦτα τῇ ἀσυνηθείᾳ συσκιασθὲν ἐκ τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἐφωτίσθη. 6. Ταύτας 6.
δὲ τὰς εἰσαγωγὰς ἐκ πάντων τῶν τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένων
15 Institútων καὶ μάλιστα τῶν ὑπομνημάτων Gaíu, τοῦτο μὲν ὡς ἐν Institútois, τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν κωδίκων αὐτοῦ, ἔνθα διαλέγεται περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν συνταγμάτων οἱ εἰρημένοι τρεῖς σοφώτατοι συνθέντες ἄνδρες βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ προσήγαγον, ἡ δὲ
20 αὐτοῦ γαληνότης ἀναγνοῦσα ταύτας ἐπέγνω, ὥστε[5]) οἰκείαν καὶ πληρεστάτην αὐταῖς διατάξει τὴν ἰσχὺν φιλοτιμήσασθαι. 7. Προ- 7.
τρέπει τοίνυν διὰ τῆς παρούσης διατάξεως ὁ ἡμερώτατος ἡμῶν βασιλεὺς, πρὸς οὓς ταύτην ἐποιήσατο τὴν ἀντιγραφὴν, ὥστε πολλῇ τῇ δυνάμει καὶ προθύμῳ σπουδῇ τοὺς παρόντας δέξασθαι
25 νόμους καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀναγνώσεως οὕτως ἑαυτοῖς ἐπιδεῖξασοφοὺς, ὥστε αὐτοὺς ὑπὸ καλλίστης τρέφεσθαί τε καὶ θάλπεσθαι τῆς ἐλπίδος, ὡς παντὸς τοῦ νομικοῦ διανυθέντος ἔργου διαφόρων τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἄρξουσι μερῶν.[6])

---

1) *νόμων* add. F. R. 2) *τοὺς* add. F. R. 3) *ἐκτέθειται* R 4) δ emend. R. 5) *τέως* L[1]. et L[2]. *δέον* F. *δεῖν* R. 6) ita L[1]. *ἄρξῃ* (i. e. — αι) L[2]. *ἄρξαι* P. *ἄρξειν* F. R.

principali voce componitur, quod proemium quodammodo legum est eruditionis; et lectione ueterum prudentiae absoluta, necesse
4. est iuris studiosum legendis constitutionibus operam nauare. 4. Suntque deinde compositi libri digestorum seu pandectarum in quos ueterum ius collatum est, qui per eundem gloriosissimum Tribunianum ceterosque uiros illustres et facundissimos confecti sunt. Postea uero in hos quattuor libros serenissimus princeps noster eorum digestorum introductionem partiri iussit,
5. ut sint totius legitimae scientiae prima elementa. 5. In quibus breviter exponitur et quod antea optinebat et quod postea desuetudine inumbratum ab imperiali remedio est illuminatum.
6. 6. Quae elementa ex omnibus ab antiquis conscriptis Institutis, praecipue ex commentariis Gaii tam institutorum, quam eius codicum, in quibus de rebus cottidie usuuenientibus tractat, aliisque multis commentariis praedicti tres uiri cum composuissent, magno principi optulerunt. eius autem serenitas cum legit, tum suam plenissimamque auctoritatem eisdem
7. constitutione accomodandam esse recognouit. 7. Hortatur autem praesenti constitutione benignissimus Princeps noster eos, ad quos eam rescripsit, ut summa ope et alacri studio praesentes accipiant leges, earumque lectione semet ipsos ita eruditos ostendant, ut spe foueantur pulcherrima sese, toto legitimo opere perfecto, diuersas eius rei publicae partes recturos.

Αρχὴ σὺν Θεῷ τῆς ᾱ Institutíonos.

De iustitia et iure. Titulus 1.

Deest hic titulus in omnibus, quos contuli, Theophili codicibus manu scriptis. In optimo autem codice Laurent. LXXX, 1 scholium inest, quod plura continet quae ad Inst. 1, 1 apte respondeant. Neque incredibile prorsus videtur horum quaedam ex ipso Tho. esse sumpta. Doleo quidem ea esse mutila atque *ἀκέφαλα*, non ideo tamen moror, quin ut melius fieri potest ea emendata atque integra edam:

Ὅρος δικαιοσύνης. δικαιοσύνη ἐστι σταθηρὰ καὶ διηνεκὴς βούλησις τοῦ ἀπονέμειν ἑκάστῳ τὸ ἴδιον δίκαιον. σοφία δέ ἐστι νόμου ἡ γνῶσις τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. Μαθόντες τῆς δικαιοσύνης τὸν ὅρον, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν νόμον μετέλθωμεν. ἀλλὰ τί μέν ἐστι νόμος; ἀνάμεινον, ἡγουμένου θεοῦ, μαθεῖν ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν πρώτων ἀπό τε τῶν ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἅμα καὶ νομικῶν. ἄκουε δὲ νῦν ὅσα χαρίζεσθαι δύναται τοῖς ταῦτα ἐπιτηδεύουσι ἡ τοῦ νόμου σοφία [τε ἅμα καὶ εἴδησις]. νόμου ἐστι σοφία ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων [γνῶσις] δικαίου τε καὶ ἀδίκου κατάληψις. ὁ γὰρ νόμους εἰδὼς καὶ τὰς εὐσεβεῖς διατάξεις ἠκριβωμένος οἶδε μὲν ὅτι δεῖ τὸ θεῖον σέβεσθαι, τιμᾷ δὲ αὐτό ..... εἰδέναι δὲ ὀφείλει καὶ τί μὲν δίκαιον τί δὲ ἄδικον καὶ τιμᾶν μὲν τὸν τὸ δικαιον ἀσπαζόμενον, κολάζειν δὲ μετὰ νόμου τὸν ἀδικοῦντα καὶ πράττοντα τὰ δικαίῳ μὴ ῥυθμίζοντα.

Τῆς δικαιοσύνης καὶ τοῦ νόμου γενικῶς ἐγνωσμένων, ἀρχομένοις ἡμῖν τοὺς τοῦ δήμου ῥωμαϊκοῦ ἐκτίθεσθαι νόμους

Incipit cum Deo Institutio I.

De iustitia et iure. Titulus 1.

Iustitiae definitio. iustitia est constans ac perpetua uoluntas ius suum cuique tribuendi. scientia autem iuris notio est diuinarum humanarumque rerum, iusti et iniusti. cum iustitiae definitionem didicerimus, de iure dispiciamus. set quid est ius? id ex rhetoribus et philosophis simul atque iuris consultis in prooemio digestorum noueris; audi nunc autem quaenam possit iuris scientia iis qui in ea operam nauauerint conferre. iuris scientia est notio diuinarum humanarumque rerum, iusti atque iniusti intellectus. qui enim leges probe nouit piasque callet constitutiones scit deum esse colendum, eumque honorat . . . . .

Scire autem debet quid sit iustum, quid iniustum, eosque honorare qui iustum amplectantur eos uero secundum leges punire qui iniuste agant uel nefaria patrent.

Cum iustitiam et ius generatim cognoverimus, incipientibus nobis romani populi iura exponere, ita potissimum ui-

οὕτω μάλιστα δοκοῦσιν ἡμῖν δύνασθαι χρησιμώτατα παραδίδοσθαι τοῖς (εἰδέ)ναι τούτους ἐθέλουσιν, ἐὰν κατ' ἀρχὴν ἐλαφρᾷ καὶ ἁπλουστέρᾳ, μετὰ ταῦτα δὲ ἐπιμελεστέρᾳ τε καὶ ἀκριβεστέρᾳ ἑρμηνείᾳ τὸ καθέκαστον αὐτῶν παραδοθῇ. εἰ γὰρ εὐθὺς τῶν προοιμίων τὸν ἄξεστον καὶ ἀβέβαιον ἔτι λογισμὸν τοῦ περὶ νόμου σπουδάζοντος τῷ πλήθει τε καὶ ποικιλίᾳ τῶν πραγμάτων ἐπιβαρήσωμεν cet. desiderantur.

Item §. 2 huius tituli ex Epit. commode suppleri potest. (1, 5) et Bas. 2, 1, 10.

De iure naturali gentium et ciuili. Titulus 2.[1])

a) *Φυσικὸν νόμιμόν ἐστι τὸ κατὰ πάντων ζώων χερσαίων, ἐνύδρων*[2]) *ἀερίων ἐπεκτεινόμενον, οὐχὶ*[3]) *γὰρ μόνον μέχρις ἀνθρώπων ἔστησεν ἡ φύσις τὰ ἑαυτῆς, ἀλλὰ διέταξε τὰ ἐναέρια, τὰ ἐν τῇ*[4]) *γῇ διετύπωσεν, οὐκ εἴασεν οὐδὲ τὰ ἐν*[5]) *θαλάττῃ τικτόμενα τῆς οἰκείας προμηθείας ἐκτός. Παραδείγματα δὲ*[6]) *τοῦ φυσικοῦ νομίμου ἄρρενός τε καὶ θηλείας συνάφεια, ὅπερ ἡμεῖς γάμον προσαγορεύομεν, καὶ ἡ περὶ τοὺς τεχθέντας ἀνατροφὴ καὶ σπουδή. ὁρῶμεν γὰρ οὐ μόνον ἀνθρώπους ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς τιμῶσι τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. ἡ γὰρ φύσις ὁρῶσα τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ζώων θανάτῳ δαπανώμενον διὰ τοῦ γάμου καὶ τῆς ἐντεῦθεν παιδοποιΐας καὶ τῆς περὶ τοὺς τεχθέντας στοργῆς τε καὶ ἀνατροφῆς καὶ διαδοχῆς τὴν ἀθανασίαν τούτοις ἐμηχανήσατο.* 1. *Εἰρήκαμεν* 1.
ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὅτι τῶν νόμων οἱ μέν εἰσι φυσικοί, οἱ δὲ ἐθνικοί, οἱ δὲ πολιτικοί. εἰπόντες οὖν τοῦ φυσικοῦ νόμου[7]) *τὸν*

1) *Περὶ νόμου φυσικοῦ (καὶ) ἐθνικοῦ καὶ πολιτικοῦ* addunt libri, edd. omnes. 2) *καὶ* add. P. F. R. d. L^1. L^2. 3) P. L^1. L^2. *οὐ καὶ* F. *οὐ* R. 4) d. P. 5) *τῇ* ad. P. 6) de P. 7) *νομίμου* P. F. R.

a) Epi. 2, 4.

dentur utilia tradi posse ea nosse studentibus, si ab initio leuiore atque simpliciore deinde diligentiore et suptiliore interpretatione singula tradantur. nam si statim in exordio rudem adhuc et inconstantem animum eius qui iuribus studet multitudine ac uarietate legum ouerauerimus cetera desiderantur.

De iure naturali gentium et ciuili. Titulus 2.

Ius naturale est quod ad omnia animalia, quae in terra in aqua in coelo sunt, extenditur. non enim ad homines usque tantummodo uim suam natura coartauit, set quae in coelo sunt ordinauit, quae in terra disposuit, nec quae in aqua gignuntur sua prouidentia expertia reliquit. eius autem naturalis iuris exempla sunt maris feminaeque coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, natorumque educatio et cura. uidemus enim non homines tantum, set cetera quoque animalia istius iuris obseruantia censeri. cum enim natura singula animalia morti absumpta uideret, per nuptias liberorumque procreationem atque erga natos amorem et curam immortalitatem ipsis comparauit. 1. Diximus in superioribus iura aut naturalia esse aut gentium aut ciuilia. cum iuris naturalis definitionem

ὅρον καὶ τὰ παραδείγματα ἀναγκαίως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ ἐθνικοῦ.[1]) ὁ γὰρ πολιτείαν συνιστῶν καὶ βουλόμενος ταύτην νόμοις[2]) κοσμῆσαι ταῖς δύο[3]) ταύταις προέχων ὁδοῖς τὴν νομοθεσίαν ἐργάζεται. ἤ γὰρ ἐθνικοὺς τίθησιν, οὓς καὶ φυσικοὺς καταχρηστικῶς καλοῦμεν, ἢ πολιτικοὺς καὶ ἢ[4]) ἐγγράφους ἢ ἀγράφους. Καὶ[5]) τί ἐστιν ἐθνικὸν νόμιμον; ἐθνικὸν νόμιμόν a) ἐστι τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων ἥγουν τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων ἐπεκτεινόμενον, παραδείγματα δὲ αὐτοῦ τὸ τοὺς φονεῖς ἀποτέμνεσθαι [δεῖ γὰρ αὐτοὺς δι' ὧν ἠδίκησαν τιμωρεῖσθαι[6])] καὶ τὸν μοιχὸν κολάζεσθαι, τὸν κλέπτην εἰς χρήματα τιμωρεῖσθαι, ἐπειδὴ ἔβλαψεν ἡμᾶς περὶ χρήματα, τὸν χρεώστην εὐγνώμονα γίνεσθαι[7]) πρὸς τὸν ἐν καιρῷ ἀνάγκης χρήσιμον ὀφθέντα, τὸν οἰκέτην ὑποτετάχθαι ταῖς εὐλόγοις προστάξεσι[9]) τῶν δεσποτῶν, τὸ γίνεσθαι συναλλάγματα πράσεις ἀγορασίας μισθώσεις ἐκμισθώσεις παρακαταθήκας κοινωνίας δάνεια, τὸ γίνεσθαι δωρεὰς[8]), διαθήκας συγγράφεσθαι. b) Πολιτικὸν νόμιμόν ἐστιν, ὅπερ καὶ τοπικὸν καὶ χρειῶδες[10]) προσαγορεύεται, τὸ τόπῳ περικεχλεισμένον καὶ τόπου χρείαν ἀποπληροῦν καὶ τὸ λυποῦν ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐκκόπτον. οἷον· ἡ τῶν ἀθηναίων πόλις ἐπεισάκτῳ ἐκέχρητο[11]) σίτῳ, οἷα λεπτόγειος οὖσα, καὶ μέγιστον ἦν ἐν αὐτῇ ἐλάττωμα τὸ τῆς σιτοδείας[12]) πάθος[13]), ὁ τοίνυν βουλόμενος τοῦτο[14]) καταπαῦσαι τί ἂν ἐνομοθέτησεν, ἢ[15]) ὥστε τοὺς σιτεμπόρους ἀτελείας ἀξιοῦσθαι; τούτου γὰρ δήλου γινομένου, πολλοὶ κατέπλεον ἐπὶ τὴν ἀττικὴν δύο ταῦτα πραγματευόμενοι καὶ ὅτι ταχεῖα διὰ τὴν ἔνδειαν ἡ τοῦ σίτου γενήσεται πράσις καὶ πρὸς τούτοις ὅτι τέλος ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὐκ ἀποτιθέασιν[16]) ἐμπορίας. πολλῶν δὲ καταπλεόντων εἰκότως

---

1) ἀναγκαῖον εἰπεῖν P. 2) ν. τ. F. R. νόμ. de. P. 3) δυσὶ F. R. 4) de. P. 5) de. R. 6) ita. P. F. R., qui de glossemate recte suspicatur, nam multifariae quoque traduntur lectiones L[1]. ἕκαστον τούτων δι' ὧν ἠδίκησε τιμ. L[2]. αὐτὸν . . . ἠδίκησε. 7) γενέσθαι L[1]. 8) καὶ ad. P. 9) τοῖς . . . προστάγμασι R. 10) L[1]. L[2]. F. καὶ χρει. τοπ. P. τί ἐστι π. ν.; ὅπερ. τ. καὶ χρ. R. 11) L[1]. L[2]. P. ἐκ. ἐπ. FR. 12) σιτωνίας L[1]. L[2]. 13) L[1]. L[2]. P. F. βάρος R. 14) ὁ τοῦτο τοίνυν β. κ. F[2]. R. 15) τοῦτο ins. R. 16) οὐ κατατιθ. P. F. R.

a) Epi. 2, 21 ἐθνικὸς δὲ νόμος cet. b) Epi. 2, 22.

atque exempla exposuerimus, de iure gentium dispiciamus. qui enim rempublicam constituit eamque legibus uult exornare per duas hasce uias procedens iura condit. aut enim ius gentium constituit, quod per abusionem naturale uocamus, aut ciuile, idque uel scriptum uel non scriptum. et quid est ius gentium? ius gentium est quod ad omnes homines, qui ratione nimirum uiuere uolunt, extenditur; exempla autem eius sunt homicidas interfici [oportet enim eos per ea, quibus deliquerunt plecti], adulterum puniri[1]), furem pecunia multari, quia et in pecunia nos laesit, debitorem sese erga eum beneuolum ostendere, qui in angustis rebus eum adiuuerit, seruum iustis dominorum mandatis optemperare, fieri contractus, uenditiones emptiones locationes conductiones deposita societates mutua, fieri donationes, conscribi testamenta. Ius ciuile est quod et locale et utile uocamus, quod loco circumscribitur, locique utilitati consulit quaeque sunt loco perniciosa removet. ut ecce Atheniensium ciuitas aduecticio utebatur frumento, utpote quae tenui solo frueretur, nec ulla res alia magis eos gravabat quam annonae caritas. itaque qui eam tollere uoluisset, quidnam aliud constituisset, quam frumentariis immunitatem concedere? hoc enim patefacto, plures in Atticam essent nauigaturi duo haec studentes, ut propter frumenti inopiam fieret uenditio ac praeterea nullum eiusmodi commercii nomine penderent uectigal. multis autem eo nauigantibus,

---

1) aliter intell. W., nec tamen recte.

1. Οὐκ ἄτοπον δὲ εἰς μέσον ἀγαγεῖν καὶ ἃ[4]) Traiánῳ τῷ βασιλεῖ[5]) περὶ στρατιωτικῆς εἴρηται διαθήκης ἐπὶ θέματος τοιούτου. στρατιώτης τις συγκαλεσάμενός τινας ἐπὶ αὐτῶν εἶπε τόνδε[6]) βούλεσθαι κληρονόμον αὐτοῦ[7]) γενέσθαι τόν δὲ οἰκέτην αὐτοῦ[8]) ἐλευθερωθῆναι. ἀγράφως δὲ ταῦτα ἐπράττετο. ζήτησις μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν μεταξὺ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοῦ ὀνομασθέντος κληρονόμου ἀνεφύη. καὶ οἱ μὲν ἐξ ἀδιαθέτου ἔλεγον τὰ παρὰ τοῦ τελευτήσαντος εἰρημένα οὐχ ὡς ἐπὶ ἐννοίᾳ διαθήκης εἰρῆσθαι, ὁ δὲ κληρονόμος προεβάλλετο[9]) τὸ στρατιωτικὸν προνόμιον ἐκεῖθεν τὴν διαθήκην βεβαιῶν. Στατίλιος[10]) δὲ Σεβῆρος τῆς τοιαύτης ἀκροώμενος ἀμφιβολίας ἐπὶ Traianòn ἀνήγαγε τὸν θειότατον. ὁ δὲ ἀντέγραψε ταῦτα· τὸ στρατιωτικὸν προνόμιον τὸ λέγον τὰς ὁπωσδήποτε γινομένας ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διαθήκας βεβαίας εἶναι οὕτως νοεῖσθαι χρή, ὥστε κατὰ προτέραν τάξιν πρόδηλον εἶναι τὸ γεγενῆσθαι[11]) διαθήκην, εἴτε ἔγγραφον εἴτε ἄγραφον. ὁ τοίνυν τελευτήσας στρατιώτης, οὗ ὕπερ τῆς οὐσίας κεκίνηται[12]) ζήτησις, 1.

---

1) ἢ Vi. R. 2) ἢ Vi. R. add. 3) scripsi ex M. L¹. L².: Beschreib. f. 6a. 4) τὰ M. L¹. L². L⁶.: παραγαγεῖν paullo ante L⁶. 5) ad. Vi. R.: εἰρημένα mox L⁶. 6) ἢ τόνδε ad. Vi. R. 7) M.: —τῷ L¹. L². F.: κληρ. εἶναι Vi. R. 8) d. L⁶. Vi. R. 9) Ita libri: ed. —λ—. 10) στατήλιος M. 11) γενέσθαι L¹. L². 12) κινεῖται Vi. R.

luntas seruetur. militiae enim operam dantes merito omnis iuris suptilitatis obseruationem ignorant. set olim quidem ubicumque degerent, poterant iure militari testamentum perficere; constitutio autem principis nostri tum demum illis id facere concessit, cum in castris uel in expeditionibus sint occupati. quoquo enim modo eorum uoluntas siue scriptis siue sine scriptura sit expressa, uigorem habeat. illis autem temporibus, per quae in aliis locis uel in suis, quas uocant, sedibus degant, militaribus priuilegiis in testando nullomodo fruentur. et si filiifamilias sint libere prorsus ubique testabuntur, iuris scilicet obseruatione adhibita si extra castra
1. degant. 1. Non erit absurdum ea quoque huc adferre, quae a Traiano de militari testamento statuta sunt in eiusmodi casu. quidam miles cum aliquos conuocasset dixit coram iis illum sibi heredem esse uelle, illumque seruum manumitti. haec sine scriptis facta sunt. post uero eius mortem controuersia orta est inter eos, qui ab intestato ueniebant, illumque, qui heres est nuncupatus. et qui ueniebant ab intestato negabant quae a defuncto dicta essent, animo testandi esse dicta; heres autem militum priuilegium praeseferebat, iuxta quod testamentum ratum esset habendum. Statilius autem Seuerus eiusmodi controuersiam cum audisset, ad diuum Traianum rettulit, qui haec rescripsit: militare priuilegium, ex quo militum testamenta quomodocumque facta rata sint, sic intellegi debet, ut utique prius constare debeat testamentum factum esse, siue in scriptis siue sine scriptura. is ergo miles defunctus, de cuius bonis quaeritur, si conuocatis ad

εἰ συγκαλεσάμενός τινας ἐπὶ τούτῳ, ὥστε τὴν ἑαυτοῦ[1]) γνώμην ἐπὶ μαρτύρων δηλῶσαι, σαφῶς παρέστησε τίνα βούλεται αὐτῷ εἶναι[2]) κληρονόμον καὶ τίνα τῶν[3]) οἰκετῶν ἐλευθερίας[4]) ἠξίωσεν, ἄγραφον ἰσχυρὰν τὴν τοιαύτην καλοῦμεν διαθήκην. εἰ δὲ ὥςπερ τὸ πλεῖστον ἐν ὁμιλίαις εἴωθε[5]) συμβαίνειν, παρόντων τινῶν ἀποτεινόμενος πρός τινα εἶπεν· ἐγώ σε κληρονόμον ποιῶ ἢ τὰ ἐμὰ πράγματά σοι καταλιμπάνω, οὐ χρὴ τοῦτο διαθήκης ἔχειν δύναμιν· ἐπ' οὐδενὸς γὰρ μάλιστα τοῦτο χρὴ σκοπεῖσθαι, ἥπερ[6]) ἐπὶ στρατιωτῶν, οἷς ἐν προνομίῳ δέδοται τὸ ὅπως βούλονται διατίθεσθαι, ὥστε τὰ ἐν ὁμιλίαις λεγόμενα εἰς τύπον διαθήκης μὴ ἀναφέρεσθαι. ἐπεί τοι γε πάσης δυσκολίας ἐκτὸς μετὰ τελευτὴν παντὸς στρατιώτου[7]) ἀναφανήσονται μάρτυρες διαβεβαιούμενοι ἑαυτοὺς ἀκηκοέναι, ὅτι ὁ δεῖνα ὁ τελευτήσας εἶπε τῷδε, ὅτι[8]) καταλιμπάνω σοι τὰ ἐμὰ πράγματα καὶ ἐκ τούτου αἱ ἀληθεῖς ἀνατραπήσονται τῶν στρατιωτῶν βουλήσεις. 2. Στρατιώτης εἴτε ἄλαλος εἴη εἴτε κωφὸς 2.
ἰσχυρῶς διατίθεται. ὑπόθου δὲ αὐτὸν μὴ[9]) ἐκβληθέντα τῆς στρατείας causaria missione· ἄτοπον γάρ ἐστι[10]) τὸν τοιοῦτον στρατεύεσθαι. ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἀκούει τῶν τοῦ στρατηγοῦ παραγγελμάτων, ὁ δὲ ἐάν τινος ἀναγκαίου δεῖται οἷον ὅπλου οὐ δύναται τοῦτο δηλῶσαι. 3. Μέχρι δὲ τοσούτου ἐκ τῶν βασιλικῶν 3.
διατάξεων συγκεχώρηται τοῖς στρατιώταις τὸ διατίθεσθαι παρὰ τὴν ἀκρίβειαν, ἐφ' ὅσον καὶ στρατεύονται[11]) καὶ διατρίβουσιν ἐν κάστροις· μετὰ δὲ τὴν ἄφεσιν τουτέστιν ἡνίκα γένονται uetránoi ἢ[12]) τῶν κάστρων εἰσὶν ἐκτὸς, εἰ καὶ ἔτι στρατεύονται τὴν τῶν παγανῶν ἀκρίβειαν ὀφείλουσι φυλάττειν[13]) ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν τοὺς μὲν στρατιώτας ἐν κάστροις διατιθεμένους ἀκινδύνως τῆς ἀκριβείας καταφρονεῖν, τοὺς δὲ uetránus τὴν ἀκρί-

---

1) οἰκείαν Vi. R. 2) βούλ. ἔχειν. Vi. R. 3) d. L^2. F^2.
4) —ρῶσαι Vi. R. 5) εἰώθασι M. 6) ita R: cet εἴπερ.
7) ita libri: ed. στρ. παντ. 8) ἐῶ σε κληρονόμον ἢ ὅτι ad. Vi. R.
9) μὴ add. L^6. Vi. R. [cf. notam huius 1 352]. 10) d. Vi. F^1. R.
11) μέχρις οὗ ἂν στρατεύωνται καὶ δ—ωσιν Vi. R. 12) d. M. τῶν κάστρ. εἰσ. ἢ ἐκτ. F^2. 13) φυλ. ὀφ. L^6.

hoc quibusdam, ut uoluntatem suam coram testibus manifestaret, declarauit quem sibi uellet esse heredem et cuinam seruo libertatem tribuere, ratum eiusmodi testamentum dicimus. si uero, ut plerumque fit in sermonibus, quibusdam praesentibus dixit alicui in eum conuersus: »ego te heredem facio« uel »bona mea tibi relinquo«, non oportet hoc pro testamento obseruari. in nemine autem id potius inquirendum est, quam in militibus, quibus id priuilegii datum est ut quolibet modo possint testari, ne quae sermonis gratia dicta sunt ad testamenti formam referantur. alioquin non difficulter post alicuius militis mortem testes existerent qui assererent sese audisse illum morientem dixisse: relinquo te heredem uel bona mea tibi relinquo et per hoc uera militum
2. iudicia subuerterentur. 2. Miles siue mutus sit siue surdus ualide testatur; finge uero eum causaria missione militia nondum dimissum, absurdum est enim eiusmodi hominem stipendia merere. nequit enim imperatoris iussum percipere, nec si aliqua re necessaria ueluti telo indigeat, id significare po-
3. test. 3. Hactenus uero a principalibus constitutionibus conceditur militibus citra sollemnitatem testari, quatenus militant et in castris degunt. post missionem autem, idest cum ueterani facti sint, uel extra castra, licet adhuc militant, paganorum sollemnitatem seruare debent. cum iam dixerimus milites in castris testantes sine periculo iuris sollemnitatem praetermittere, ueteranis autem eandem esse seruandam, ad-

βειαν ὀφείλειν παραφυλάττειν, ὅρα τὸ ἐντεῦθεν ζητηθὲν, ὅπερ μετέχει[1]) στρατιώτου καὶ uetránu. στρατιώτης ἐν κάστροις διάγων καθ' ὃν ἠβουλήθη διέθετο τρόπον, ἀφείθη τῆς στρατείας καὶ[2]) ἐτελεύτησεν. σκοπῶμεν[3]) εἰ δεῖ κρατεῖν αὐτοῦ τὴν βούλησιν. καὶ εἰ μέν τις ἐξετάσῃ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ γέγονεν[4]), ἐρρώσθω[5]) καὶ παρὰ τὴν ἀκρίβειαν. εἰ δὲ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἐτελεύτησε[6]), τὴν μὲν γενομένην κατὰ ἀκρίβειαν ἰσχύειν οὐ δεῖ. τί οὖν; ὁ χρόνος τέμνει τὴν ἀμφισβήτησιν.[7]) εἰ μὲν εἴσω ἐνιαυτοῦ μετὰ τὴν ἄφεσιν ἐτελεύτησε τυχὸν τῷ δεκάτῳ ἢ τῷ ἐνδεκάτῳ μηνὶ στρατιωτικὴν ἔτι ταύτην ἀποκαλῶν τὸ ἰσχυρὸν αὐτῇ δίδωμι. εἰ δὲ μετὰ τὴν ἄφεσιν, ἐνιαυτοῦ παραδραμόντος, μηκέτι ἐρρώσθω· ἱκανὸς γὰρ ἦν ὁ μεταξὺ χρόνος ἐκπαιδεῦσαι αὐτὸν τὴν ὀφείλουσαν παραφυλάττεσθαι περὶ τὰς διηθήκας ἀκρίβειαν, ὥστε αὐτὸν τὴν ἑαυτοῦ διαθήκην ἀμείψαντα οὕτω διατίθεσθαι. τί δὲ εἰ διέθετο μέν τις στρατιωτικῶς ἐνεστήσατο δὲ κληρονόμον ὑπὸ αἱρεσιν, ἐτελεύτησε δὲ εἴσω ἐνιαυτοῦ μετὰ τὴν ἄφεσιν, ἡ δὲ τῆς ἐνστάσεως αἵρεσις μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐξῆλθεν; σκοπῶμεν εἰ βλάπτει τοῦτο τὴν διαθήκην. καὶ λέγομεν ὅτι οὐδαμῶς· τὴν γὰρ τελευτὴν ἀπαιτοῦμεν εἴσω ἐνιαυτοῦ γενέσθαι μετὰ τὴν ἄφεσιν οὐ μὴν τὸ γενέσθαι τὴν aditíona.

4. Παγανός τις ὢν διέθετο παρὰ τὴν ἀκρίβειαν· ἐστρατεύσατο μετὰ ταῦτα. διάγων ἐν κάστροις ἀποσφραγίσας τὴν διαθήκην τινὰ προστέθεικεν ἢ καὶ[8]) περιεῖλεν ἢ καὶ μόνον ἀνέγνω τὴν διαθήκην ἢ ἔπραξέ τι ἕτερον ἐξ οὗ ἐδείκνυτο ἡ τοῦ στρατιώτου βούλησις βουλομένου[9]) ταύτην ἰσχύειν· ἐτελεύτησε μετὰ ταῦτα·[10]) ἰσχύει καὶ παρὰ τὴν ἀκρίβειαν ἡ διαθήκη ὡς ἀπὸ καινοτέρας αὐτοῦ βουλήσεως ἣν διάγων ἐν τοῖς κάστροις ἔσχεν ἐπὶ τῇ διαθήκῃ. 4.

5. Στρατιώτης διάγων ἐν κάστροις διέθετο παρὰ τὴν ἀκρίβειαν· ὑπέστη μετὰ ταῦτα capitis deminutíona· ἢ γὰρ αὐτεξούσιος ὢν δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς adrogatíona ἢ ὑπεξούσιος ὢν γέγονεν emancípatos. μενέτω ἡ διαθήκη ἐπὶ τῆς 5.

---

1) μεταξὺ στρ. καὶ β. ἐστι Vi. R. 2) d. Vi. F[1]. 3) —οῦμεν Vi. F[1]. 4) ἡ διαθήκη ad. Vi. R. 5) ἐρρῶσθαί φημι ad. Vi. R.: —σθαι . . φήσει L[6]. 6) —λεύτα cj. R.: mox: γεγονυῖαν L[6]. 7) καὶ ad. Vi. R. 8) d. Vi. R. 9) δὴ add. Vi. R., qui δηλαδὴ cj. 10) ἡ διαθήκη h. l. L[6].

monendus es aliquid inde quaesitum fuisse, quod et ad militem et ad ueteranum quodammodo pertinet. miles in castris degens quo libuit modo testatus est; dimissus est a militia et uita decessit. dispiciamus an eius uoluntas rata sit. et si quis tempus inquirat quo conditum est testamentum, uidebitur citra sollemnitatem ualere; sin autem tempus quo uita decessit testator, quod citra sollemnitatem conditum est testamentum ratum esse non uidebitur. quid ergo est? tempus controuersiam dirimit. si quidem intra annum post missionem decessit, decimo forte uel undecimo mense nec militare testamentum suum reuocauit, id pro rato habendum est; sin autem post missionem anno decurso, non amplius ualebit. sufficiens enim medium tempus erat ad sollemnem in testamentis obseruationem perdiscendam, ut, mutato testamento, ita postremam confirmaret uoluntatem. quid igitur si quis militari ritu testatus sit, heredem uero sub condicione instituerit; mortuus sit autem intra annum post missionem, at condicio institutionis post annum extiterit? dispiciamus an ideo testamentum inritum fiat? et magis est ut negemus: mortem enim intra annum post missionem fieri requirimus,
4. non etiam aditionem. 4. Paganus quidam testamentum citra sollemnitatem fecit, deinde stipendia meruit. in castris cum degeret, resignauit testamentum et quaedam adiecit siue detraxit, uel tantummodo id legit, uel aliud quid fecit, quo patuerit militis uoluntas hoc ualere uolentis, deinde mortuus est. ualebit testamentum quasi ex noua eius uoluntate, quam
5. in castris habuit circa testamentum. 5. Miles in castris degens non iure testatus est; deinde capitis deminutionem est passus, nam uel cum sui iuris esset sese adrogandum dedit, uel cum filiusfamilias esset, emancipatus est. testamentum

οἰκείας οὐδὲν ἧττον ἰσχύος ὡς καινοτέρας ἐντυχήσασα[1]) γνώμης τοῦ στρατιώτου μετὰ τὴν emancipatíona· ἐν ᾧ γὰρ οὐκ ἤμειψεν αὐτὴν τὸ βέβαιον ἔχειν αὐτὴν ἠβουλήθη, οὐδὲ ἡ capitis deminutíωn ínriton ποιεῖ τὴν διαθήκην, ἐπειδὴ[2]) στρατιώτης ὁ διατιθέμενος. ἐπείτοι γε, ὡς προϊόντες μαθησόμεθα, ἡ τοῦ testátoros cápitis deminutíωn ἀνατρέπει τὴν διαθήκην, ἐνταῦθα δὲ οὐ παραφυλάττεται ταῦτα. ἄτοπον γὰρ τὴν μὴ κατὰ κανόνας[3]) γενομένην διαθήκην, ἰσχύουσαν δὲ, ταύτην ὑπὸ τῶν πολιτικῶν ἀναιρεῖσθαι κανόνων. 6. a) Εἰσί τινες[4]) ὑπεξούσιοι οἱ 6. canstrénsia μὲν οὐκ ἔχουσι pecúlia[5]), quasi[6]) δὲ canstrénsia[7]) ἐκ τῶν παλαιοτέρων νόμων ἢ ἐκ τῶν μεταγενεστέρων διατάξεων ἔχουσιν, ὁποῖά[8]) ἐστι τὰ ἀπὸ συνεδρίας ἢ τὰ ἀπὸ συνηγορίας ἢ τὰ ἀπὸ ἀρχῆς τουτέστι τῶν ἀννονῶν ἐκ τοῦ δημοσίου παρεχομένων αὐτοῖς.[9]) καὶ τούτοις μὲν[10]) ἐπιτέτραπται ἐν ὑπεξιότητι διατίθεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ μικρά τις ἦν ἐπ' αὐτοῖς ἀμφιβολία[11]), γέγονε γενικὴ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις λέγουσα πάντα ὑπεξούσιον quasi canstrénsion[12]) ἔχοντα pecúlion ἐπ' αὐτῷ[13]) κοινῷ νόμῳ[14]) δύνασθαι διατίθεσθαι. τὴν εἰρημένην[15]) διάταξιν ἀναγνοὺς οὐδὲν ἀγνοήσει τῶν εἰς τοῦτο φερόντων.

---

1) —έραν ἐντ. γ—ην F. cum libris: Vi. μὴ καιν. εὐτ. γνώμης, set in Em. 'ὡς καιν. ἐντ. γνώμην.' R.: —ρας εὐτ. γ—ης. De ceteris uide sis R. 1, 255. 2) ἐστι ad. Vi R. 3) M.: τὴν μὲν μὴ L¹. L². F.: τὴν μὴ κατὰ νόμους Vi. R. 4) οἱ add. Π. 5) καστρένσιον —λιον Vi. R. 6) ὡσανεὶ Π. 7) —ιον Vi. R. 8) οἷα Vi. R. 9) —τῷ Π. 10) δ. Π. Vi. R. 11) ἀμφ. ἐπ' αὐτ. Π. L⁶. 12) ὡσανεὶ καστρένσια πεκ. ἔχοντα Π.: διατ. νόμῳ L⁶. 13) —τοῖς Π. 14) νομίμῳ δύν. διατ. Π. 15) οὖν ad. Vi. R.

a) Tract. de Peculiis c. 8. (Heimb. Ἀν. II 258).

nihilominus ratum manebit, utpote nouam quandam nactum militis uoluntatem post emancipationem. nam cum id non mutasset, ratum id esse uoluit, neque capitis deminutio inritum testamentum facit, cum miles testator sit, nam, sicuti inferius proponemus, testatoris capitis deminutio testamentum inritat; in hoc autem casu id non obseruatur. absurdum est enim testamentum quidem ualidum, non autem iure factum, iuris regulis inritum fieri. 6. Sunt filiifamilias qui castrensia quidem peculia non habent, quasi autem castrensia ex anterioribus legibus uel ex posterioribus constitutionibus habent, ueluti quae ex consilio uel aduocatione uel magistratu, idest ex annonis publicis, ipsis praestantur. et iis quidem concessum est etiam in potestate degentibus testari. set cum aliqua dubitatio de iis orta esset, lata est generalis principis nostri constitutio, qua sancitum est omnem filiumfamilias castrensem habentem peculium iure communi posse testari. qui praedictam legat constitutionem nihil eorum quae ad eiusmodi ius pertinent ignorabit.

Quibus non est permissum testamentum facere.[1])
Titulus 12.

Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν διατίθενται, οἱ δὲ οὐ διατίθενται. καὶ εἴπωμεν[2]) *περὶ τῶν διατίθεσθαι δυναμένων*[3])· *ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τὸν ἀριθμόν εἰσιν, εἴπωμεν περὶ τῶν μὴ δυναμένων διατίθεσθαι ὀλίγων ὄντων ἵνα ἐκ τούτων μάθωμεν τοὺς πολλούς.* a) *κατὰ πρώτην τάξιν οὐ δύναται διατίθεσθαι ὁ ὑπεξούσιος, ἐπειδὴ διαθήκη ἐστὶ τῶν ὄντων διατύπωσις· ὑπεξούσιος δὲ οὐ δύναται ὡς βούλεται τὰ οἰκεῖα διατυποῦν· ἐπὶ τοσοῦτον δὲ*[4]) *κεκώλυται διατίθεσθαι, ὅτι εἰ καὶ ἐγὼ ὁ πατὴρ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, θεραπεύων αὐτὸν ἐπιτρέψω αὐτῷ εἰς ὅσον βούλεται μέρος τῆς ἐμῆς διαθέσθαι περιουσίας, οὐκ ἔρρωται τὸ παρ' αὐτοῦ γενόμενον· οὐ δεῖ γὰρ ἰδιώτου γνώμην ἰσχυροτέραν εἶναι τῶν νόμων. εἰσὶ δὲ οἵτινες ἐν ὑπεξουσιότητι διατίθενται, οἷον οἱ ἔχοντες* canstrénsion pecúlion. *τοῦτο δὲ τὴν ἀρχὴν μόνοις ἐπετράπη στρατιώταις ἐξ αὐθεντίας τοῦτο μὲν Αὐγούστου, τοῦτο δὲ* Nérua[5]), *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀρίστου βασιλέως* Traianû. *μετὰ δὲ ταῦτα διάταξις* Adrianû *δυσφοροῦσι τοῖς* uetránois *καὶ αὐτοῖς ἐπέτρεψε*[6]) *τὸ διατίθεσθαι ἐν ὑπεξουσιότητι. καὶ εἰ μὲν διάθωνται πάντες οἱ εἰρημένοι εἰς τὸ* canstrénsion pecúlion, *λήψεται τοῦτο ὁ παρ' αὐτῶν γραφεὶς κληρονόμος, εἰ δὲ ἀδιάθετοι τελευτήσωσι μήτε παῖδας ἔχοντες μήτε μὴν ἀδελφοὺς ὑπόντας κοινῷ δικαίῳ ὡς οἱονδήποτε παγανικὸν* pecúlion *ἐπὶ τοὺς γονεῖς ἔρχεται.*[7]) *ἡνίκα γάρ τις μὴ χρήσηται τῇ φιλοτιμηθείσῃ αὐτῷ καινοτομίᾳ, τοῖς παλαίοις χώρα νομίμοις.*[8]) *πάλαι δὲ παντοῖον* pecúlion *τελευτήσαντος τοῦ παιδὸς ὁ πατὴρ ἐλάμβανεν. πολλαὶ διαφοραὶ παγανικοῦ καὶ* canstrensíu pecu-

---

1) *τίσιν οὐ συγχωρεῖται διαθήκας ποιεῖν* M. L[1]. L[2]. *τίνες οὐ συγχωροῦνται δ. π.* ed. ant. F. L[6]. F. R. 2) *εἴπομεν ἂν* cj. R. cum Gauel. 3) *δυν. διατ.* L[6]. Vi. R. 4) *ἀλλ' ἐπὶ τοσ.* Vi. R. 5) ita M.: *νερούα* L[1]. L[2].: *Νέρουαι* F.: *Νέρουα* Vi. R. 6) *γὰρ* ad. Vi. R. 7) *ἔρχεσθαι* Vi. F[1]. 8) *νόμοις* Vi. R.

a) Epa. 30, 1 sq. Proch. 22, 1 sq.

Quibus non est permissum testamentum facere.
Titulus 12.

Quidam homines testantur, quidam autem non. et dicendum est de iis qui testari possunt: set cum ii plures sint, dispiciamus prius de iis qui testari nequeant, qui et pauci sunt, ut inde ceteros noscamus. et in primis nequit testari filiusfamilias, nam testamentum est bonorum dispositio quaedam; filiusfamilias autem nequit, prout uult, sua bona disponere, set adeo testari prohibetur ut si ego pater suus, sicut fieri solet, eum diligens permittam ei, sicut uelit, de bonorum meorum parte testari, non ualeat quod ab eo factum sit. non debet enim priuati hominis uoluntas iure potior esse. sunt qui licet alieno iuri subiecti sint, testari possint, ueluti qui castrense peculium habent. id autem ab initio militantibus tantum concessum est tam ex auctoritate Augusti, quam Neruae, necnon optimi imperatoris Traiani. postea uero constitutio Hadriani etiam ueteranis id aegre ferentibus filiisfamilias testari concessit. et si fecerint omnes eiusmodi personae de castrensi peculio testamentum, id ab iis scriptus heres accipiet; sin autem intestati decesserint, neque liberos habentes neque fratres superstites, iure communi, sicuti quodlibet paganorum peculium, ad eorum parentes pertinebit. cum enim quis legum nouarum beneficio minime utatur, ueteri iuri locus erit. olim quidem omne peculium, mortuo filio, patri quaerebatur. plures differentiae sunt inter paga-

líu. *καὶ πρώτη μὲν αὕτη ὅτι εἰς μὲν τὸ* canstrénsion *ὁ ὑπεξούσιος διατίθεται*[1]), *εἰς δὲ τὸ παγανικὸν οὐ δύναται.*[2]) *δευτέρα*[3]) *διαφορὰ· ἀγαναχτήσας πατὴρ κατὰ τοῦ ὑπεξουσίου*[a]) *τὸ μὲν παγανικὸν* adempteúein[4]) *δύναται* pecúlion, *τὸ δὲ* canstrénsion[5]) *οὐκέτι. τρίτη διαφορὰ· ἐὰν πολλοῖς ἐποφείλων τις ὑποστῇ διάπρασιν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ* creditórων[6]), *τὸ μὲν παγανικὸν συνδιαπιπράσκεται*[7]) pecúlion, *τὸ δὲ* castrénsion *οὐδαμῶς. ἐστὶ καὶ τετάρτη διαφορά. ἐὰν πολλῶν ὄντων παίδων, ὁ πατὴρ τελευτήσῃ, συμβῇ δὲ ἕνα ἐξ αὐτῶν*[8]) *ἔχειν παγανικὸν*[9]) pecúlion *καὶ* canstrénsion, *τὸ μὲν παγανικὸν κοινόν ἐστι πάντων τῶν παίδων τῶν ποτε ὑπεξουσίων*[10]) *τὸ δὲ* canstrénsion *μόνον τοῦ κτησαμένου, καίτοι πάντα τὰ τῶν ὑπεξουσίων παίδων* pecúlia *μέρος εἶναι νομίζονται τῆς πατρῴας*[11]) *περιουσίας, ὥςπερ καὶ τὰ*[12]) *τῶν οἰκετῶν* pecúlia *συναριθμεῖται τῇ δεσποτικῇ περιουσίᾳ. τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῶν* canstrensíωn *νόει καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν μὴ προσποριζομένων*[13]) *ἐκ τῶν διατάξεων κατὰ διαφόρους αἰτίας. δίχα τοίνυν τοῦ ἔχοντος* canstrénsion *ἢ* quasi canstrénsion pecúlion,[b]) *ἐάν τις ὑπεξούσιος ὢν διάθηται, ἄχρηστός ἐστιν*[14]) *ἡ τούτου διαθήκη, εἰ καὶ γενόμενος αὐτεξούσιος ἐτελεύτησεν. σκοποῦμεν γὰρ ἀεὶ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ποιήσεως τῆς διαθήκης, εἰ ἐν ἑκατέρῳ χρόνῳ παρρησίαν εἶχε τοῦ διατίθεσθαι.* 1. *Ἐν δευτέρᾳ τάξει οὐ δύνανται διατίθεσθαι οἱ ἄνηβοι. οἶδας γὰρ ὅτι* testamentum *λέγεται* testatio mentis[15])· [c]) *ἑστέρηται δὲ διανοίας ὁ ἄνηβος. οὐ διατίθενται οὐδὲ*[16]) *οἱ μαινόμενοι ἐπειδὴ χηρεύουσι* 1.

---

1) *δύναται διατίθεσθαι* Vi. F[1]. R. 2) An legendum '*διατίθεται*'.? 3) *δὲ* ad. Vi. R. 4) *ἀφαιρεῖσθαι* Epi. Epa.: *τουτέστιν* [*ἤτοι* L[6].] *ἀφαιρ.* ad. libri. ed. 5) *ἰδιόκτητον* Epi. Epa. 6) *δανειστῶν* Epi. Epa. 7) *τὸ μὲν τοῦ πανδὸς συνδ. τουτ. τὸ παγανικὸν* Vi. R. *τὸ μὲν παγ. τοῦ παιδὸς* Epi. Epa 8) *ἐξ αὐτ. ἕνα.* Vi. R 9) *παγ. ἔχειν* Epi. 10) *πάντων τῶν ποτ. ὑπεξ.* F[1]. *πάντων τῶν ἀδελφῶν* Vi. R. *τῶν ποτε παίδων ὑπεξουσίων* Epa. 11) *ἐκείνων* L[6]. 12) d. M. 13) *τῷ πατρὶ* Vi. R. 14) d. L[1]. L[2]. 15) *ἤτοι μαρτυρία διανοίας* add. Vi. R. 16) d. L[6]. F[2].

a) Cf. Epi. 29, 32 sq. Epa. 31, 1 sq. b) Epa. 30, 2 sq. c) Cf. Epa. 30, 3 - 4.

norum et castrense peculium. et prima uero haec est, quod de castrensi peculio filiusfamilias testatur, de pagano autem non utique. secunda differentia eiusmodi est: iratus pater contra filiumfamilias peculium ciuile adimere potest, non autem castrense. tertia differentia est quod si quis a pluribus aes alienum contraxerit et bonorum sustineat a creditoribus uenditionem, ciuile peculium simul uenum it, castrense non item. est et quarta differentia: si pluribus liberis superstitibus, pater moriatur, habeat autem aliquis ex iis ciuile et castrense peculium, ciuile omnium liberorum, qui quondam fuerint in potestate, commune erit, castrense eius tantum, qui adquisiuerit; quamquam omnia filiorumfamilias peculia perinde portio paternae hereditatis esse uideantur, atque seruorum peculia in bonis dominorum numerantur. quae de castrensibus peculiis dicta sunt et de illis intellegenda sunt, quae ex constitutionibus propter diuersas causas patri non adquiruntur. praeter eum igitur qui castrense uel quasi castrense habet peculium, si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, id inutile est, licet sui iuris factus decesserit. respicimus enim semper tempus mortis, set illud etiam, quo conditum est testamentum, an utroque tempore testandi quis habuerit facultatem. 1. Praeterea nequeunt testari impuberes. scis enim testamentum mentis dici testationem: iudicio autem impubes caret. neque furiosi testantur quia mente carent. itaque neque impubes neque furiosus testantur, cum alter iudicium nondum sit

λογισμοῦ· ὥςτε οὐν οὔτε ἄνηβος οὔτε μαινόμενος διατίθενται,[1]) ἐπειδὴ τὸ φρονεῖν τῷ μὲν οὐ προςγέγονε, τὸν[2]) δὲ ἀπολέλοιπεν.[3]) ἀνίσχυρος δὲ αὐτῶν ἡ διαθήκη, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὁ μὲν γενόμενος ἔφηβος ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ ἀνανήψας. εἰ δὲ ὁ μαινόμενος κατ' ἐκεῖνον διάθηται τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ παύεται τοῦ μαίνεσθαι, τουτέστιν ἐν τοῖς διαλείμμασι, ζητεῖται εἰ κρατεῖ. καὶ λέγομεν ἔννομον εἶναι τὴν διαθήκην· τί δὲ, ὅτι διαθέμενός τις ἐμάνη; τὸ μετὰ ταῦτα πάθος ἐπιγινόμενον τῆς μανίας τὴν ὀρθῶς διατυπωθεῖσαν οὐκ ἀνατρέπει διαθήκην, ὥςπερ οὐδ' ἕτερον συνάλλαγμα ἐπιγινομένη μανία διαφθείρει. 2. a) Οὐδὲ 2.
τὸν ἄσωτον, ᾧ τῶν οἰκείων πραγμάτων ἡ διοίκησις ἀπηγόρευται, ὁ νόμος συγχωρεῖ διατίθεσθαι, ἡ δὲ πρὸ τῆς ἀσωτείας γενομένη διαθήκη, τουτέστι πρὶν ἡ διοίκησις τῶν[4]) πραγμάτων αὐτῷ ἀπαγορευθῇ βεβαία μένει. b) 3. Ἄλαλος ἢ[5]) κωφὸς οὐκ 3.
ἀεὶ[6]) διατίθενται· διαλεγόμεθα δὲ[7]) περὶ ἐκείνου τοῦ κωφοῦ τοῦ παντελῶς μὴ ἐξακούοντος[8]) οὐ μὴν τοῦ βραδέως ἀκούοντος· οὗτος γὰρ διατίθεται. καὶ γὰρ καὶ[9]) ἄλαλον ἐκεῖνόν φαμεν οὐτὸν βραδέως λαλοῦντα, ἀλλὰ τὸν παντελῶς μὴ φθεγγόμενον. τὸ δὲ 'οὐκ ἀεὶ' προστέθεικα δι' ἐκείνην τὴν αἰτίαν· πολλάκις[10]) τις εἰδὼς γράμματα καὶ πεπαιδευμένος συμφορᾶς ἐπιγινομένης[11]) (πλεῖσται δὲ αἱ ταύτην ἐπάγουσαι αἰτίαι) τῆς ἀκοῆς ἢ τῆς γλώσσης ἐστερήθη. καὶ ἐπειδὴ παρὰ τοῖς παλαιοῖς οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἠδύναντο διατίθεσθαι, διάταξις ἐφοίτησε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως κελεύουσα τοῖς ἐκ πάθους εἰς τοῦτο ἐλθοῦσι μετά τινος παραφυλακῆς δύνασθαι διατίθεσθαι. τὸν δὲ τρόπον καὶ τὴν[12]) παρατήρησίν ἐστιν ἀνελλιπῶς μαθεῖν[13]) τὴν εἰρημένην ἀναγνόντα νεαρὰν διάταξιν. εἰ δὲ διαθέμενος, νόσου συμβάσης ἢ ἐκ τιμωρίας ἀρχοντικῆς ἢ ἐξ ἄλλης οἱασδήποτε περι-

---

1) —θεται Vi. F1. R. 2) τῷ F2. cum L1. L2. 3) ἀπέλιπεν Vi. R. 4) διοικ. αὐτῷ πραγμ. L1. L2. F. 5) καὶ V. R. 6) d. F. 7) d. M. 8) ἀκ. Vi. R. 9) d. L6. Vi. R. 10) γὰρ ad. Vi. R. 11) M.: cet. ἐπιγεν. 12) ita libri: F. de 'καὶ': Vi. R. de 'τὴν'. 13) τὸν ad. Vi. R.

a) schol. Harm 5, 1, 25. Epa. 30, 5. b) Harm. 5, 1, 17 et schol. ad. 18. Epa 30, 6.

adeptus, alterum iam deseruerit. inualidum autem erit eorum testamentum, quamuis alter pubes, alter compos mentis factus decesserit. si uero furiosus per id tempus faciat testamentum, quo furere cessat, idest in interuallis, queritur an ualeat? et magis est ut dicamus iustum esse testamentum. quid autem si quis cum testamentum fecerit furere incipiat? id furoris uitium superueniens recte factum testamentum non peremit, sicuti neque aliud negotium furor postea interueniens tollit. 2. Neque prodigo, cui bonorum suorum administratio interdicta est, iure testari conceditur. testamentum autem ante prodigalitatem factum, idest priusquam bonorum interdictio fiat, ratum manet. 3. Mutus et surdus non semper facere testamentum possunt. utique de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudiat, non qui tarde exaudiat. hic enim testari potest. set etiam mutum illum intellegimus non qui tarde loquatur, set qui eloqui nihil possit. »non semper« autem propter eiusmodi causam addidi. saepius quidam litteratus et eruditus quadam calamitate (uarii enim casus sunt qui id adferant), audiendi uel loquendi facultatem amisit. et cum apud ueteres eiusmodi homines testari non possent, promulgata est principis nostri constitutio permittens iis qui morbo tales facti sint ut secundum certam normam possint testari. modum autem atque obseruationem perfecte colligere licet praedictam nouellam constitutionem legenti; si uero cum quis testamentum fecerit, ualetudine forte uel poena a magistratu inflicta, uel alio quolibet casu mutus surdusue

στάσεως ἄλαλος ἢ κωφὸς γέγονεν ἡ προγενομένη φυλάττει τὴν ἰδίαν ἰσχὺν διαθήκη. 4. a)Ὁ τυφλὸς δύναται διατίθεσθαι παραφυλάττων τὰ εἰρημένα τῇ διατάξει[1]) τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστίνου. 5. Ὁ παρὰ τοῖς πολεμίοις ὢν οὐ καλῶς παρ' αὐτοῖς[2]) διατίθεται, εἰ καὶ[3]) συμβῇ τοῦτον εἰς τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐλθεῖν.[4]) τὴν δὲ παρ' ἡμῖν γενομένην διαθήκην ἐρρῶσθαί φαμεν μετὰ ταῦτα γενομένου αὐτοῦ αἰχμαλώτου.[5]) εἴτε γὰρ ὑποστρέψῃ,[6]) τὸ δίκαιον τοῦ postliminiu παρέχει αὐτῇ τὸ βέβαιον· εἴτε παρὰ τοῖς πολεμίοις τελευτήσῃ, ὁ Cornélios νόμος χαρίζεται αὐτῇ τὴν ἰσχύν. 4. 5.

De exheredatione liberorum.[7]) Titulus 13.

Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι τίνα τρόπον δεῖ γίνεσθαι τὰς διαθήκας, οἷον τὸ[8]) τὸν testátora οἰκείᾳ χειρὶ γράφειν τὸ τοῦ κληρονόμου ὄνομα ἢ τοῦτο[9]) λεγειν ἐπὶ τῶν μαρτύρων, καὶ τὸ ἑπτὰ εἶναι τοὺς μάρτυρας καὶ τούτους ὑπογράφειν ἐν τῇ διαθήκῃ καὶ ταύτην σφραγίζειν μηδενὸς ἐν μέσῳ πραττομένου. ἓν δέ τι τούτων παραλειφθὲν ἄχρηστον δείκνυσι τὴν διαθήκην. οὐ μόνον δὲ[10]) τῆς εἰρημένης δεόμεθα παραφυλακῆς πρὸς τὸ ἰσχυρῶς διατίθεσθαι, ἀλλ' ἔτι ζητοῦμεν[11]) καὶ ἄλλο τι· δεῖ γὰρ σκοπεῖν εἰ υἱὸν ὑπεξούσιον[12]) ὁ testátωr εἶχεν[13]). δεῖ γὰρ

---

1) τὰ ἐν τῇ εἰρημ. διατ. Vi. R. 2) ἐν αὐτ. Harm. 3) καὶ εἰ Harm. 4) ἀνελθεῖν cj. Gavel. 5) κἂν ὁ διαθέμ. μ. τ. γενηται αἰχμ. Harm. κἂν μ. τ. γέν Epa. 6) ὑπέστρεψεν et infra ἐτελεύτησεν Epa. 7) περὶ ἀποκλήρων παίδων ad. libri: π. ἀπ. ἐλευθέρων ἤγουν π. L⁶. M. 8) d. Vi. R. 9) τοῦ F. 10) d. M. 11) M.: cet.: 'ἐπιζητοῦμεν'. 12) εἴτε αὐτεξούσιον Vi. 13) ἔχει ὁ τ. Vi. R.

a) schol. Harm. 5, 1, 27. Epa. 30, 7.

4. fiat, antea factum testamentum suum ratum remanet. 4. Caecus autem testari potest seruans quae cauta sunt constitu-
5. tione diuae memoriae Iustini. 5. Qui apud hostes est non recte apud eosdem facit testamentum, quamuis in nostram ciuitatem redeat. testamentum autem quod apud nos fecerit, ualere dicimus etiam si postea ab hostibus capiatur. nam siue redierit, iure postliminii confirmatur, siue apud hostes decesserit, ex lege Cornelia ualebit.

De exheredatione liberorum. Titulus 13.

Superius pro posuimus quomodo testamenta fieri debeant ueluti ut testator manu propria heredis nomen scribat uel coram testibus pronuntiet; septemque sint testes qui testamento subscribant idque signent, nulla re in medio secuta. quorum si uel unum praetermittatur testamentum inritum est. nec tantum ad ualidum condendum testamentum eiusmodi obseruatio sufficit, set aliud quoque requirimus. dispiciendum enim est an filium in potestate habeat testator. hunc

τοῦτον ἢ κληρονόμον γράφειν ἢ ἀποκληρονόμον[1]) nominatim ποιεῖν· εἰ δὲ σιωπῇ praeteriteúsῃ τοῦτον, ἀνυπόστατος ἡ διαθήκη ἐξ αὐτῆς τῆς γραφῆς. ἀμέλει εἰ καὶ συμβῇ τὸν παῖδα προτελευτῆσαι τοῦ οἰκείου πατρὸς, οὐδὲν ἧττον ἄκυρος ἡ διαθήκη διὰ[2]) τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐν διαθήκαις[3]) ἀνυπόστατα ἐκ τῶν ἐπιγινομένων μετὰ ταῦτα ἰσχὺν λαμβάνειν οὐ δύναται. καὶ οὐ δυνήσονται οἱ scrîptoi κληρονόμοι διαδέξασθαι τὴν τοῦ τελευτήσαντος περιουσίαν, εἰ καὶ μὴ ὕπεστι παῖς ὁ διὰ τῆς praeteritíonos βλαπτόμενος. καὶ ταῦτα μὲν ἡνίκα υἱός ἐστιν ὑπεξούσιος.[4]) εἰ δέ τις ἔχει θυγατέρα ὑπεξουσίαν ἢ ἔκγονον ἢ ἐκγόνην ἢ προέκγονον ἢ προεκγόνην, οὐκ ἔγραψε δὲ αὐτοὺς κληρονόμους, οὐδὲ μὴν exheredátus[4]) ἐποίησεν, ἀλλ' ὕβρισεν αὐτοὺς praeteritíoni, οὐκ ἀκυροῦται μὲν ἡ διαθήκη, οἱ δὲ praeteriteuθέντες τοῖς γεγραμμένοις κληρονόμοις προσαύξουσιν.a) προσαύξησις δέ ἐστι μέρους ἀφαίρεσις· ἀλλ' εἰ μεν ἐξωτικοί εἰσιν οἱ γεγραμμένοι, εἰς τό ἥμισυ γίνεται ἡ προσαύξησις, εἰ δὲ sûoi, εἰς τὸ ἀναλογοῦν. οἷον, τρεῖς ἐνεστήσατό τις κληρονόμους τὴν θυγατέρα ἢ τὸν ἔκγονον praetériton καταλιπών. εἰ μὲν ἐξωτικοί εἰσιν οἱ γεγραμμένοι κληρονόμοι ἡ μὲν θυγάτηρ ἥγουν ὁ ἔκγονος λήψεται ἓξ οὐγκίας[5]) οἱ δὲ $\overline{\gamma}$ οἱ ἐξωτικοὶ κληρονόμοι ἓξ οὐγκίας· εἰ δὲ sûoi, λαμβάνει[6]) τὸ ἀναλογοῦν, τουτέστι τρεῖς οὐγκίας, ὅσον ἤμέλλε λαμβάνειν εἴγε ἀδιάθετος ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ, τουτέστι τὴν τετάρτην τῆς περιουσίας αὐτοῦ μοῖραν. ἐξῆν δὲ τούτους οὐ μόνον nominatim ἀλλὰ καὶ inter ceteros[7]) exheredateúein ἐν τῷ λέγειν· οἱ λοιποὶ ἔστωσαν ἀποκληρονόμοι.[8]) ἡ δὲ nominatim exheredatíωn ἐγίνετο τοῦτον τὸν τρόπον· Τίτιος ὁ υἱός μου ἔστω exherédatos. δυνατὸν[9]) καὶ ἀπὸ ἐπιτηδεύματος. ὁ γραμματικὸς ἔστω exherédatos. καὶ

---

1) ἀπόκληρον Vi. R. 2) κατὰ Vi. R. 3) d. L^6. Vi. R. 4) haec d. L^6. 5) ita M. L^1. L^2. 6) Ita M.: $\overline{\varsigma}$ |$\overline{o}$ L^1. L^2.: ἑξαούγκιον L^6. ed. 7) —νουσι Vi. 8) ἤτοι ἀορίστως Vi. R. cf. B in M. 'ἀδιορίστως ἀποκληροῦν'. 9) —κληροι Vi. R. —ρονόμων L^1. L^2. 10) —ται L^6. Vi. R.

a) Cf. Gai. 2, 124. Epi. 30, 3 cum schol:

enim oportet heredem instituere uel nominatim exheredem facere. alioquin si eum silentio praeterierit, inutile erit testamentum simul ac conscriptum sit. itaque si filius uiuo patre moriatur, nihilo minus inutile erit testamentum propter iuris regulam quae ait ea quae ab initio inutilia sint in testamentis ex postfacto conualescere non posse. nec poterunt scripti heredes defuncti bona accipere, quamuis non existat filius qui praeteritione iniuria adfectus est. et haec quidem si filius in potestate praeteritus sit. sin autem quis filiam in potestate habens uel nepotem neptemue pronepotem proneptemue non scripserit eos heredes neque exheredes fecerit, set praeterierit silentio, non infirmabitur quidem testamentum, praeteriti autem scriptis heredibus adcrescent. adcrescere ius est portionis cuiusdam auferendae. set si extranei sint scripti heredes, in dimidiam portionem adscrescunt; sin autem sui heredes, in uirilem. ut ecce si tres quis heredes instituit filiam nepotemue praeteriens, si extranei sunt scripti heredes, filia neposue semissem capient, si uero sui, uirilem portionem, idest quadrantem; quantum scilicet essent accepturi si intestatus parens decessisset, idest quartam bonorum eius partem. licebat autem hos non solum nominatim, set etiam inter ceteros exheredare, his uerbis: ceteri exheredes sunto. nominatim exheredatio ita fiebat: Titius filius meus exheres esto. poterat etiam ex officio: grammaticus exheres esto, et ex arte: fa-

ἀπὸ τέχνης· ὁ χαλκεύς, καὶ ἀπὸ ἡλικίας· ὁ πρεσβύτης ἢ ὁ νεώτερος, καὶ ἀπὸ χρώματος· ὁ λευκὸς ἢ[1]) ὁ μέλας. καὶ ἁπλῶς πᾶσα φράσις σαφῶς δηλοῦσα τὸ ὑποκείμενον πρόσωπον nominatim exheredatíona ἀποτελεῖ.[2]) 1. Δεῖ δὲ τὸν διατιθέμενον οὐ μόνον τῶν ἐν φύσει, ἀλλὰ καὶ τῶν postúmωn φροντίδα τίθεσθαι καὶ γράφειν τούτους κληρονόμους ἢ ἀποκληρονόμους ποιεῖν, ἐπεὶ οἵ γε praeteriteuθέντες ἅμα τῷ τοκετῷ rúptan ποιοῦσι τὴν διαθήκην. καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐνταῦθα διαφορὰν υἱοῦ ἢ θυγατρὸς[3]), ἐκγόνου ἢ ἐκγόνης· praeteriteuθέντων γὰρ αὐτῶν, ἔρρωται μὲν ἡ διαθήκη ἅμα τῇ γραφῇ, ἐκ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα τεχθῆναι τὸν postûmon ἢ τὴν postûman[4]). ῥήγνυται ἡ διαθήκη καὶ πᾶσα ἀκυροῦται ἐντεῦθεν, δηλονότι τῇ praeteritíoni αὐτῶν. οὐκ οὖν[5]) ἐξ αὐτῆς ἀκυροῦται τῆς γραφῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ τοκετοῦ· ὅθεν[6]) εἰ συμβῇ τὴν γυναῖκα, ἐξ ἧς ὁ postûmos ἠλπίζετο τίκτεσθαι, ἀμβλῶναι, ἀνεμποδίστως οἱ scrîptoi κληρονόμοι aditeúsusi[7]) τὴν κληρονομίαν. ἀλλ' αἱ μὲν θήλειαι postûmai ἢ nominatim ἤ inter ceteros exheredateúontai. εἰ γὰρ εἴποι[8]) ὁ testátωr. ἔστω μοι ὁ δεῖνα κληρονόμος, οἱ δὲ λοιποὶ ἔστωσαν ἀποκληρονόμοι[9]), διὰ τούτων τῶν ῥημάτων exheredateúesθαι δοκεῖ καὶ[10]) ἡ postûma. πλὴν μέντοι ἵνα μὴ μετὰ τὸ τεχθῆναι ἀναίσχυντον εἰσέρχηται δίκην πρὸς τὸν scrîpton κληρονόμον λέγουσα ὅτι οὐκ ἐνεθυμήθη περὶ ἐμοῦ ὁ testátωr, ὁπότε[11]) καὶ ἠγνόει με, δεῖ ληγάτον[12]) αὐτῇ καταλιπεῖν, ἵνα οὕτως εἴπῃ ὁ διατιθέμενος· ἔστω μου ὁ δεῖνα κληρονόμος, οἱ δὲ λοιποὶ ἔστωσαν ἀποκληρονόμοι[13]), τῇ δὲ τικτομένῃ[14]) postúma ληγατεύω ἑκατὸν νομίσματα. τούτου γὰρ οὕτως ἔχοντος λέγομεν[15]) αὐτῇ ὅτι περὶ σοῦ τὴν inter ceteros ἔγραψεν[16]) exheredatíona, ἀμέλει καὶ ληγάτον σοι κατέλιπεν. τοὺς δὲ ἄρρε-

1. 5 10 15 20 25

---

1) καὶ Vi. 2) ἐξερέδατον ποιεῖ L⁶. 3) ἢ ad. Vi. F¹. R. 4) d. M. 5) admisi ex cj. R. 6) ὅτι Vi. F¹. R. 7) ita M. L¹. 8) M.: cet. —πῃ. 9) —κληροι Vi. R. 10) d. Vi. R. 11) ἡνίκα L⁶. 12) —τα Vi. R. 13) —κληροι Vi. R. 14) uoc. 'μοι' omisi ex M. L¹. L². 15) τούτου γὰρ οὕτως λεγομένου M. 16) —ψα Vi.

ber, et ex aetate: maximus natu, minimus natu, uel ex colore. albus seu niger. et in summa quaeque dictio, qua persona clare significetur ad nominatim exheredandum sufficit. 1.

1. Oportet testatorem non eorum tantum qui in rerum natura sunt set etiam postumorum curam gerere, eosque heredes scribere uel exheredes facere; nam praeteriti simul atque nascuntur testamentum rumpunt. neque ulla differentia inuenienda est inter filium et filiam, nepotem neptemque. his enim praeteritis, scriptum testamentum ualet, postumo autem nato, rumpitur testamentum et prorsus infirmatur, scilicet quia postumus praeteritus est. non uero statim ab ipsa scriptura, set ex adgnatione postumi infirmatur. ideoque si mulier ex qua postumus sperabatur abortum fecerit, nihil impedimentum erit scriptis heredibus quominus hereditatem adeant. set feminini quidem sexus postumi uel nominatim uel inter ceteros exheredari solent. nam si testator dicat: sit mihi ille heres, ceter exheredes sunto, per haec uerba exheredari etiam postuma uidetur. attamen ne ipsa cum nata sit temere scripto heredi controuersiam faciat, dicens de semetipsa non cogitasse testatorem, utpote qui eam ignorauerit, oportet ei legatum relinquere. dicet itaque ita testator: sit mihi ille heres, ceteri exheredes sunto: postumae, quae mihi nascetur, aureos C lego. ita enim re se habente, dicimus ei: te quoque inter ceteros scripta exheredatio amplectitur; itaque et legatum testator tibi reliquit. postumos autem masculini sexus, idest filium uel ne-

νας postúmus[1]), τουτέστιν υἱὸν ἢ[2]) ἔχγονον ἢ[2]) προέχγονον, ἤρεσε μὴ ἄλλως exheredateúεσθαι, εἰ μὴ nominatim. καὶ ποῖον ὄνομα δυνατὸν εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ μήπω τεχθέντος; ἐροῦμεν ὅτι τοῦτον[3]) δηλώσομεν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἵνα εἴπωμεν· ὅστις δήποτέ μοι παῖς τεχθῇ ἀποκληρονόμος[4]) ἔστω, ἢ ἵνα εἴπων· ὁ μέλλων μοι[5]) τίκτεσθαι ἀπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς γαμετῆς ἀποκληρονόμος ἔστω. 2. Εἰσὶ καὶ ἕτεροι τοῖς postú- 2.
mois ἐοικότες, οἵτινες τοῦ προλαμβάνοντος κατὰ βαθμὸν súu τελευτήσαντος, sûoi γίνονται. οἷον ὡς ἐπὶ θέματος.[6]) εἶχον[7]) υἱὸν ὑπεξούσιον καὶ ἐκ τούτου ἔχγονον ἢ ἐκγόνην. ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς ἦν sûos διὰ τὸ μὴ προλαμβάνεσθαι, ὁ δὲ ἔχγονος ἢ ἐκγόνη ὑπεξούσιοι μὲν ἦσαν, διὰ δὲ τὸ προλαμβάνεσθαι ὑπὸ τοῦ οἰκείου πατρὸς οὐκ εἶχον παρ' ἑαυτοῖς τὸ sûon. διατιθέμενος ἐγὼ τίνος ὀφείλω φροντίδα ποιήσασθαι; πρόδηλον ὅτι τούτου[8]) τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦτον γράφειν κληρονόμον ἢ exheredateúein. ἆρα δὲ[9]) τοῦ ἐκγόνου ἢ τῆς ἐκγόνης; οὐδαμῶς· οὗτοι γὰρ οὐκ ὄντες sûoi ἐὰν praeteriteuθῶsin, οὔτε ipso iure[10]) ἀνυπόστατον ποιοῦσι τὴν διαθήκην, οὔτε προσαύξειν δύνανται· ταῦτα γὰρ τῶν súων ἴδια. ἀλλ' εἰ μὲν μέχρι τέλους ἐσώζετο τὸ αὐτὸ σχῆμα, καλῶς ἂν ἐλέγετο ταῦτα· ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἐμοῦ ζῶντος τὸ μέσον πρόσωπον ἐξελθεῖν τῆς ὑπεξουσιότητος ἢ τελευτῇ ἢ ἐπειδὴ ἔτυχεν ἀξιώματος πατρικίου, εὑρίσκεται λοιπὸν ὁ ἔχγονος ἢ ἡ[11]) ἐκγόνη ἢ[12]) sûos ἢ sûa ὥςπερ ἐπιτεχθέντες μιμούμενοί τε κατὰ τοῦτο τοὺς postúmus (μὴ ὄντες γὰρ πάλαι sûoi νῦν γίνονται sûoi καὶ ὥςπερ οἱ postûmoi τῷ τοκετῷ, οὕτως καὶ οὗτοι[13]) τῇ ἐπαναβάσει rúptan ποιοῦσι τὴν διαθήκην) ἵνα μὴ οὖν καινὸς sûos, ἐπαναβαίνων ὁ ἔχγονος, rúptan ποιήσῃ τὴν διαθήκην, ὥςπερ αὐτὸν τὸν υἱόν, οὕτω καὶ τὸν ἔχγονον ἤγουν[14]) τὴν ἐκγόνην ὀφείλω γράφειν κληρονόμους ἢ ex-

---

1) τοὺς ἀρ. ποστ. F[1]. τοὺς ἀρ. δὲ π. Vi. R. 2) d. L[6]. Vi. R. 3) τοῦτο Vi. 4) —κληρος L[6]. Vi. R. 5) d. Vi. R. 6) ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θ. Vi. R. 7) εἶχέ τις L[1]. F. 8) add. ex M. 9) καὶ cj. R. 10) ἤγουν. 11) d. F. 12) d. L[6]. Vi. R. 13) τοκ. καί οὗτοι Vi. R. F[1]. 14) ἢ Vi. R.

potem uel pronepotem non aliter exheredari placuit quam nominatim. set quale nomen de eo qui nondum natus est praedicari potest? hoc modo eum significare possumus dicentes: quicumque mihi filius genitus fuerit exheres esto. uel ita: quicumque mihi ex hac uxore mea natus
2. fuerit exheres esto. 2. Sunt aliae quoque personae, quae postumorum loco sunt, quae in sui heredis mortui locum succedentes sui heredes fiunt. ut ecce, filium in potestate habebam atque ex eo nepotem neptemue. set filius quidem suus erat, cum nemo eum praecederet; nepos autem neptisue in potestate erant, set cum a proprio patre praecederentur sui heredes esse non poterant. testamentum cum faciam cuiusnam curam gerere debeo? huius filii, ut patet; eumque heredem instituere uel exheredem facere. num etiam nepotis neptisue? nullomodo. nam cum sui heredes non sint, si praetereantur, neque ipso iure inritum faciunt testamentum, neque adcrescere possunt, nam haec suorum heredum propria sunt. set si usque ad finem eadem rerum condicio seruetur, recte haec dicerentur. set cum me uiuo potest media persona potestate egredi, seu morte, seu patricia dignitate optenta, ut inueniatur deinceps nepos neptisue suus suaue heres esse quadam adgnatione ad similitudinem postumorum (cum enim antea sui heredes non essent, nunc fiunt sui, et sicuti postumi adgnascendo, ita hi succedendo rumpunt testamentum), ne igitur nouus suus, idest nepos succedens, testamentum rumpat, sicuti ipsum filium ita nepotem neptemue heredes scribere exheredesue nominatim facere debeo. nam si praeter-

heredátus nominatim *ποιεῖν. εἰ δὲ* praeteriteuθῶsi[1]) *τῇ ἐπαναβάσει*[2]) *ὡς μὴ ἐννόμως ἠσφαλισμένην ἀκυροῦσι τὴν διαθήκην. καὶ τοῦτο τῷ* Iulíῳ Velléῳ[3]) *νόμῳ εἴρηται,*[a]) *ὅστις νόμος κατὰ μίμησιν τῶν* postúmων exheredátus *αὐτοὺς εἶπε γενέσθαι, τουτέστι τὸν μὲν ἔκγονον* nominatim, [*τὴν δὲ ἐκγόνην* nominatim][4]) *ἢ* inter ceteros *μετὰ δόσεως ληγάτου.* 3. *Εἰ τις υἱὸν ἢ θυγατέρα* emancipátus. *διατιθέμενος οὗτος, ὅσον κατὰ τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἀναγκάζεται γράφειν αὐτοὺς κληρονόμους ἢ ἀποκληρονόμους ποιεῖν, ἄγνωστοι γάρ εἰσι τῷ δωδεκαδέλτῳ δι' ἣν ὑπέστησαν* capitis deminutíona. *ὁ δὲ* praétωr *πρὸς τὴν φυσικὴν ὁρῶν συγγένειαν οἶδε καὶ τούτους τοὺς*[5]) *παῖδας καὶ κελεύει*[6]) *τοὺς* emancipátus *γράφεσθαι κληρονόμους. εἰ δὲ μὴ βούλεται ὁ διατιθέμενος, οἱ μὲν ἄρρενες* nominatim exheredateuésθωσαν, *αἱ δὲ θήλειαι καὶ* nominatim *καὶ* inter ceteros. *εἰ δὲ μήτε γραφῶσι κληρονόμοι, μήτε, καθὰ εἴρηται,* exheredateuθῶsi, *δίδωσιν αὐτοῖς ὁ* praétωr *τὴν* contra tabulas[7]), *δι' ἧς ὁ μὲν υἱὸς ἥγουν*[8]) *ὁ ἔκγονος πᾶσαν λήψεται τὴν τοῦ τελευτήσαντος οὐσίαν, ἡ δὲ θυγάτηρ ἥγουν ἡ*[9]) *ἐκγόνη τοσοῦτον λαμβάνει, ὅσον ἐκέρδαινε διὰ τῆς προσαυξήσεως οὖσα ὑπεξουσία.* 4. *Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. ἐπειδὰν λάβω τινὰ εἰς υἱοθεσίαν, οὗτός ἐστί μου*[10]) *υἱὸς καὶ νόμῳ καὶ φύσει. νόμῳ μὲν διὰ τὴν θέσιν,*[11]) *φύσει δὲ διὰ τὸν νόμον. ὁ γὰρ νόμος κατέχει παρ' ἑαυτῷ τὴν φύσιν. μέχρι δὲ τοσούτου φύσει τοῦ παιδὸς νομίζομαι εἶναι πατὴρ, ἐφ' ὅσον ἀκμάζει τὰ τῆς θέσεως. εἰ δὲ ποιήσω αὐτὸν* emancípaton, *νόμιμος οὖσα*[12]) *πρᾶξις διαλύει τὸν νόμον τὸν διὰ τῆς θέσεως συστάντα. τοῦ νόμου*[13]) *μηκέτι σωζομένου*[14]), *συναφίσταται*[15])

---

1) praeteriteúsosín M. 2) *ὅτε τὸ μέσον δήλονότι πρόσωπον ὑπεξέλθῃ* ad. Vi. R. 3) *παλαιῷ* M. uelléῳ scrib. L[1]. L[2]. *Βελλέῳ* F[2]. *βελλίω* L[6]. *Βελλείῳ* Vi. F[1]. R. 4) Inclusa addidi ex Gaio Cf. Rendic. Ist. Lomb. XVI 582. '*τὰς θυγατέρας καὶ ἐκγόνους*' perperam ex glossem. L[1]. L[2]. L[6]. M. Vi. Cf. etiam not. F[2]. 262. R. I 370. 5) ad. ex M. 6) *τούτους* ad. Vi. R. 7) tabúlas L[1]. tabûlas L[2]. *κοντραταβούλλας* Vi. ed. ant. F. 8) *ἢ* F.: *ἢ ἐγ.* F[2]. 9) add. ex M. 10) *ἔσται μοι* Vi. R. 11) *αὐτὴν* ad. L[6]. Vi. R. 12) *ἡ* ins. L[6]. Vi. R. 13) *δὲ* L[6]. ins. Vi. R. 14) M.: *σωζ. μηκ.* 15) —*ίπταται* M.

a) Gai. 2, 134.

eantur, succedendo iure factum rumpunt testamentum. et hoc lege Iulia Vellaea prouisum est in qua ad similitudinem postumorum exheredes fieri iubentur, idest nepos nominatim, [neptis
3. autem nominatim uel] inter ceteros legato relicto. 3. Habebat quidam filium filiamue emancipatos. cum testamentum faciat, quod ad ius ciuile, non cogitur eos heredes instituere uel exheredes scribere, ignoti sunt enim legi XII tabularum propter quam passi sunt capitis deminutionem. praetor autem naturalem cognationem respiciens, hos quoque liberos recognoscit, iubetque emancipatos heredes instituere. sin autem testator nolit, mares quidem nominatim exheredentur, feminae autem et nominatim et inter ceteros. quod si neque heredes scribantur, neque, uti dictum est, exheredes fiant, dat eis praetor contra tabulas bonorum possessionem, per quam filius neposue omnem defuncti accipient substantiam, filia autem neptisue tantum accipit quantum si potestati subiecta fuisset
4. adcrescendo accepisset. 4. Haec primum tibi perspecta habeas. si quem in adoptionem accipiam, hic mihi filius erit et iure et natura. iure quidem propter adoptionem, natura autem propter iuris uim; ius enim etiam naturam in semetipso amplectitur. eo usque autem natura filii huius pater esse existimor, donec adoptio durat. quod si eum emancipauero, cum is actus sit legitimus, legitimos adoptionis effectus soluit. cum autem ius non amplius seruetur, recedit simul

καὶ ἡ φύσις οὐκ ἔχουσα τὸν κατέχοντα. ἐπειδή σοι ταῦτα προτεθεώρηται ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. ἐκδέδωκά σοι πρὸς γάμον τὴν ἐμὴν θυγατέρα· ἐτέχθη παῖς· ἦν ὑπεξούσιός σου[1]) δηλονότι. αἰτηθεὶς παρ' ἐμοῦ δέδωκάς μοι τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν. ζητῶμεν τίς ἐξ ἡμῶν διατιθέμενος[2]) ἀναγκάζεται φροντίδα τούτου τίθεσθαι. καὶ λέγομεν, ὅτι ἐγὼ ὁ θετὸς πατήρ· διὰ γὰρ τῆς θέσεως ἔοικεν οὗτος τοῖς ἀπὸ ἐννόμων γάμων τεχθεῖσί μοι. ὥστε οὖν ὥςπερ τὸν νόμιμόν μου υἱὸν τὸν ὑπεξούσιον ἀναγκάζομαι γράφειν κληρονόμον ἢ κατὰ τὰ προειρημένα exheredateúein, οὕτω καὶ τὸν θετόν. σὺ μέντοι ὁ φυσικὸς πατὴρ οὐκ ἀναγκάζῃ αὐτὸν γράφειν κληρονόμον οὐδὲ γὰρ νομιμός σου υἱός ἐστιν, οὐδὲ γὰρ ἔχεις αὐτὸν ὑπεξούσιον, οὐδὲ φύσει ἐπειδὴ[3]) διὰ τοῦ νόμου ἐγὼ ὁ θετὸς πατὴρ δοκῶ φύσει[4]) εἶναι αὐτοῦ πατήρ, οὐδεὶς δὲ δύο φυσικοὺς πατέρας ἔχειν δύναται.[5]) εἰ δὲ ποιήσω αὐτὸν emancípaton, οὔτε κατὰ τὸν πολιτικὸν, οὔτε κατὰ τὸν praétora μεταξὺ τῶν παίδων ἀριθμηθήσεται.[6]) οὐκοῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀναγκάζομαι γράφειν αὐτὸν κληρονόμον οὐδὲ ὁ[7]) φυσικὸς πατὴρ ἀναγκασθήσεται τοῦτο πράττειν. οὕτω γὰρ ἔσται οὗτος ὁ παῖς, ὥςπερ[8]) εἰ ὑπὸ σοῦ τοῦ φυσικοῦ πατρὸς γέγονεν emancípatos. 5. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν 5.
κατὰ τὸ παλαιόν, διάταξις δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως μηδεμίαν εἶναι βουλομένη διαφορὰν ἐν διαθήκαις[9]) ἀρρένων καὶ θηλειῶν· ἑκάτερον γὰρ πρόσωπον πρὸς παίδων γέννησιν ἐπιτήδειον ὁμοίως ἡ φύσις προήγαγε, κἀκεῖθεν δῆλον μὴ εἶναί τινα μεταξὺ αὐτῶν διάκρισιν, ἐξ ὧν ὁ δωδεκάδελτος ἐξ ἀδιαθέτου ὁμοίως ἄρρενας καλεῖ καὶ θηλείας. καὶ ὁ praétωr[10]) ἀκολουθήσας φαίνεται τῷ δωδεκαδέλτῳ, ἁπλοῦν τοίνυν καὶ ὁμοιον εἰσηγήσατο νόμον ἐπὶ υἱῶν καὶ θυγατέρων καὶ πάντων τῶν ἐξ ἀρρενογονίας καταγομένων, οὐ μόνον τεχθέντων ἤδη, ἀλλὰ καὶ κυοφορουμένων καὶ οὐ μόνον ὑπεξουσίων, ἀλλὰ καὶ

---

1) σοι L⁶. Vi. R. 2) διαθέμ. L¹. L². F. 3) εἰ γὰρ M. L¹. L⁶.: ἐπεὶ γὰρ F. 4) φυσικὸς Vi. R. 5) haec sic leg. F. ‘ἔχω αὐτὸν ἐγὼ ὁ θετὸς πατὴρ υἱὸν καὶ φύσει δοκῶ εἶναι πατήρ. 6) συναρ. Vi. R. 7) d. L¹. L². F. 8) οὗτος ὡς G.: εἰ ὥσπ. L. 9) —κῃ Vi. R. 15) δὲ ad. Vi. R.

et natura, cum non habeat quo nitatur. cum haec tibi perspecta sint, uide quid inde sequatur. dedi tibi uxorem filiam meam: peperit filium: in tua potestate hic erat, ut liquet: a me rogatus, eum mihi adoptandum dedisti. quaeramus uter nostrum testamentum condens eius curam agere debeat? et dicendum est: ego pater adoptiuus. nam propter adoptionem in ea est condicione, qua sunt ex iustis nuptiis mihi quaesiti. itaque sicuti legitimum filium meo iuri subiectum heredem instituere cogor uel secundum quae exposuimus exheredem facere, ita et adoptiuum. tu igitur naturalis pater non cogeris eum heredem instituere, neque enim iure tibi filius est, non enim eum in potestate habes, neque natura, cum ego quidem iure adoptiuus pater naturalis eius pater esse uidear, nemo autem duos naturales patres habere potest. sin autem eum emancipauero, neque iure ciuili, neque edicto praetoris inter liberos connumerabitur. igitur neque ego cogor eundem heredem instituere, neque naturalis pater ad id faciendum tenebitur. in ea enim causa eiusmodi filius esse incipit in qua esset futurus si a te naturali patre fuisset emanci-
5. patus. 5. Set haec uetustas introducebat; lata est uero constitutio principis nostri, quae nihil inter masculorum et feminarum testamenta interesse uult; quia utraque persona in filiorum procreatione similiter officio naturae fungitur. hinc quoque patet nullam esse inter eos differentia, quod lex XII tabularum ab intestato mares similiter et feminas ad successiones uocabat. et praetor uidetur legem XII tabularum esse secutus; ideo simplex ac simile ius introduxit et in filiis et in filiabus et in ceteris descendentibus per uirilem sexum personis non solum natis set etiam postumis et non solum filiisfamilias set etiam emancipatis. et iussit siue sui sint

emancipátων. *καὶ ἐκέλευσεν εἴτε* sûoí *εἰσι*[1]) *παῖδες εἴτε* emancípatoi, *εἰ μὴ γράφονται κληρονόμοι,* nominatim *αὐτοὺς* exheredátus *γίνεσθαι.* praeteriteu*θέντες γὰρ ὡσαύτως ἀκυροῦσιν ἐξ αὐτῆς τῆς γραφῆς τὴν διαθήκην εἴτε* sûoí *εἰσιν εἴτε* emancípatoi *εἴτε εἰσὶν ἐν φύσει ἢ καὶ* postûmoi *ὄντες μετὰ ταῦτα τεχθῶσιν. ἐπὶ δὲ τοῖς θετοῖς παισὶν ἰδιάζουσάν τινα ἐπενόησε παρατήρησιν ἐν ἑτέρᾳ αὐτοῦ διατάξει ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἣν τέθεικε περὶ τῶν υἱοθετουμένων.* 6. 6. *Στρατιώτης ἐν* expedítῳ *διάγων διέθετο, τοὺς δὲ*[2]) *οἰκείους παῖδας ὄντας ἐν φύσει ἤγουν κυοφορουμένους οὔτε κληρονόμους ἔγραψεν, οὔτε* nominatim exheredáteusen, *ἀλλ'* ὕβρισε[3]) praeteritíoni. *ζητῶμεν εἰ ἔρρωται αὐτοῦ ἡ διαθήκη· καί φαμεν ὅτι εἰ μὲν ἠπίστατο τούτους ὑπόντας καὶ μνήμην αὐτῶν οὐκ ἐποιήσατο, ἡ σιωπὴ ἀντὶ* nominatim exheredatíonos *παραλαμβάνεται, ὡς βούλονται αἱ βασιλικαὶ διατάξεις καὶ ἔρρωται αὐτοῦ ἡ διαθήκη. εἰ δὲ ἠγνόει,* ipso iure *ἀνυπόστατός ἐστιν αὐτοῦ ἡ διαθήκη.* 7. *Μητὴρ ἤγουν πάππος πρὸς μητρὸς διατιθέμενοι οὐκ ἀναγκάζονται τοὺς ἰδίους παῖδας γράφειν κληρονόμους ἢ* exheredateúein, *ἀλλὰ δύνανται τούτους ἀποσιωπᾶν.* 7. *ἡ γὰρ σιωπὴ τῆς μητρὸς ἢ τοῦ πάππου ἰσχύει,*[4]) *ὅσον ἡ τοῦ πατρὸς* exheredatíων. *οὐδὲ γὰρ μητὴρ τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα, οὐδὲ πάππος τὸν ἀπὸ θυγατρὸς ἔχγονον ἢ ἐκγόνην ἀναγκάζονται γράφειν κληρονόμους ἢ* exheredateúein. *ἀμέλει* praetéritoi *γενόμενοι οὐδὲ ἀπὸ τῆς πολιτικῆς βοηθοῦνται νομοθεσίας, οὐδὲ ὁ* praétωr *τὴν* contra tabulas *αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται διακατοχήν. ταῦτα γὰρ ἐπὶ τῶν* súωn *ἤτοι τῶν παυσαμένων* súωn[5]) tractaïzetai. *ἔσται δὲ αὐτοῖς ἑτέρα*[6]) *πρὸς τοῦτο βοήθεια ἣν ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον.*

---

[1]) *οἱ* Pi. [2]) d. Vi. R.: *μὲν* L[6]. [3]) *αὐτοὺς* ad. Vi. R. [4]) libri *ἰσχύουσι*: ita Vi.: Gavel cj. '*ἰσχύουσά* [*ἐστι*]': nec placet. [5]) M.: *εἶναι* súωn L[1]. L[2]. F.: *παυομένων σούων* Vi. (qui scr. *οὐ μέντοι τῶν* cet.) R. [6]) *ἑτ. δὲ αὐτ. ἔστ.* L[6].

siue emancipati, nisi heredes scribantur nominatim eos exheredari praeteriti uero similiter testamentum infirmant simul atque scriptum est, siue sui sint siue emancipati, siue in rerum natura sint siue postumi postea nascantur. circa adoptiuos autem liberos singularem quandam induxit princeps noster diuisionem in alia constitutione
6. quam super adoptiuis tulit. 6. Miles in expeditione occupatus filios suos iam natos uel postumos neque heredes instituit neque nominatim exheredes fecit, set praeteriuit. dispiciamus an ualeat eius testamentum. et magis est ut si cum eos extare scierit eorum mentionem non fecerit, silentium pro exheredatione nominatim facta accipiatur secundum
7. principales constitutiones et ualebit ipsius testamentum. 7. Mater ausue maternus cum testentur non coguntur liberos suos heredes instituere aut exheredare, set possunt eos silentio omittere. silentium enim matris uel aui materni tantum efficit quantum exheredatio patris. neque enim mater filium filiamue neque auus maternus nepotem neptemue ex filia heredes scribere coguntur aut exheredare. itaque si praeteriti sint, neque iure ciuili adiuuantur, neque praetor ipsis contra tabulas bonorum possessionem promittit. haec enim de suis uel de iis qui desierunt sui esse optinent. erit autem iis aliud adminiculum de quo paulo post dispiciemus.

De heredibus instituendis.[1]) Titulus 14.

